Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

De consensu IV evangelistarum libri

https://hdl.handle.net/1874/334272

Hs.
3 E 9

Aevum medium.
Scriptores ecclesiast.
N°. 91

Pertinet ad carthusienses ppe traiectū īferius,

K3 Ol l
N: 9

51 51 (*Eccl. 91 antea 293o.*) *Membr. fol. 109 ff. 1457.*

S. Augustinus, de consensu IV evangelistarum ll. IV.

Fol. 1a. Retractatio beati augustini episcopi in librum de consensu quatuor euangelistarum. Fol. 109b. Explicit liber quartus, cet. ... Scriptus et finitus... per fratrem Johannem Petri de Delff. Anno dni millesimo quadringentesimo quinquagesimo septimo (1457) nono die mensis aprilis qui tunc erat profestum palmarum.

„Pertinet ad Carthusienses prope Traiectum inferius."

51

Ptinet ad carthusienses ppe traiectū īferius.

nº. 254. p.

nunc

Nº. 293. O.

1

Retractio bti augustini epi. i librum de gsensu quatuor euagelistarum.

Per eosdem annos quib9 paulatim libros de trinitate dictabam. scripsi et alios continuo† interponens eos illorum tpib9. In q'b9 st libri quatuor de gsensu euagelistarum: ppt eos qui tamq dissentientib9 calupniantur. Quorum pmus liber adusus illos conscptus est. qui tamq maxime sapiente xpm uel honorant uel honorare se fingunt: et ideo nolunt euagelio crede. quia no ab illo illa co scripta st. sed ab ei9 discipulis. qs existimant ei diuinitatem qua crederetur deus errore tribuisse. In quo libro qd dixi ex abraham cepisse gentem hebreorum: est quidem et hoc credibile. ut hebrei uelut abrahei dicti esse videantur: sed ex illo verius intelligunt appellati qui vocatur heber tamq hebrei. De qua re i libro sexto decimo de ciuitate dei satis disserui. In secundo aut cum agerem de duob9 prib9 ioseph. ab altero dixi genitum ab altero adoptatum. sed dicendum fuit. alteri adoptatum. Defuncto eni qd magis credendum est. sedm legem fuerat adoptatus: qm qui eum genuit. eius matrem fris defuncti giugem duxerat. Item vbi dixi. lucas vo ad ipm dauid p nathan ascendit. p que pphetam deus peccatum ipi9 expiauit. p cui9 nois pphetam dice debui: ne putaretur idem fuisse homo. cum alter fuerit: qmuis et ipe hoc vocaretur noie. Explicit retractao i listarum

† labore

Incipit pmus bti Augustini lib de gsensu ewagelistarum

Inter oes diuinas auctoritates que sacris lris continentur: euagelium merito excellit. qd' eni lex et pphete futurum esse prenunciauerunt. hoc redditum atq gpletum i euagelio demonstratum. Cui9 pmi predicatores apli fuerunt. qui dnm ipm et saluatorem nrm ihm xpm etiam i carne presentem viderunt. Qui no solum ea que ex ore eius audita. uel ab illo sub oculis suis opata aut dicta meminerant: verum etiam que priusq illi p discipulatum adheserant i ei9 natiuitate uel infancia ul'

puericia diuinitus gesta et digna memoria siue ab ipso
siue a parentibus eius. siue a quibuslibet aliis certissimis
indiciis ac fidelissimis testimoniis requirere et cognoscere
potuerunt. imposito sibi euangelizandi munere. generi
humano annunciare curarunt. Quorum quidam hoc est ma-
theus et iohannes etiam scripta de illo que scribenda visa
sunt. singulis libris ediderunt. Ac ne putaretur quod attinet
ad percipiendum et predicandum euangelium interesse aliquid:
utrum illi annuncient qui eundem dominum hic in carne apparentem
discipulatu famulante secuti sunt: an hii qui ex illis
fideliter comperta crediderunt: diuina prouidencia procuratum
est per spiritum sanctum. ut quibusdam etiam ex illis qui primos et
apostolos sequebantur. non solum annunciandi. verum etiam
scribendi euangelium tribueretur auctoritas. Hii sunt
marcus et lucas. Ceteri autem homines qui de domino vel de
apostolorum actibus aliqua scribere conati vel ausi sunt:
non tales suis temporibus extiterunt. ut eis fidem haberet
ecclesia. atque in auctoritatem canonicam sanctorum librorum
eorum scripta reciperet. Nec solum quia illi non tales erant.
quibus narrantibus credi oporteret: sed etiam quia scriptis
suis fallaciter quedam indiderunt. que catholica atque
apostolica regula fidei et sana doctrina condempnat.
Isti igitur quatuor euangeliste uniuerso terrarum orbe notis-
simi. et ob hoc fortasse quatuor. quoniam quatuor sunt partes or-
bis terre. per cuius uniuersitatem christi ecclesiam dilatari ipso sui
numeri sacramento declararunt hoc ordine scripsisse perhibentur.
Primo matheus. deinde marcus. tercio lucas. vltimo
iohannes. Unde alius fuit eis ordo cognoscendi atque predicandi:
alius autem scribendi. Ad cognoscendum quippe atque predicandum primi
utique fuerunt. qui secuti dominum in carne presentem dicentem audi-
erunt. facientemque viderunt. atque ex eius ore ad euangelizan-
dum missi sunt. Sed in conscribendo euangelio quod diuinitus or-
dinatum esse credendum est ex numero eorum quos ante passio-
nem dominus elegit. primum atque ultimum locum duo tenuerunt.

Primum matheus. ultimum iohannes: ut reliqui duo qui ex
illo numero non erant. sed tamen xpm in illis loquentem secuti
erant tamquam filii amplectendi: ac per hoc in medio constituti loco
utroque ab eis latere munirentur. Horum sane quatuor
solus matheus hebreo scripsisse perhibetur eloquio. ceteri.
greco. Et quamvis singuli suum quendam narrandi ordinem
tenuisse videantur: non tamen unusquisque eorum velut al
terius precedentis ignarus voluisse scribere reperitur. vel
ignorata pretermisisse que scripsisse alius invenitur: sed
sicut unicuique inspiratum est non superfluam cooperationem
sui laboris adiunxit. Nam matheus suscepisse intelligitur
incarnationem domini secundum stirpem regiam: et pleraque secundum
hominum presentem vitam facta et dicta eius. Marcus eum subse
cutus tamquam pedissecus et breviator eius videtur. Cum solo quippe
iohanne nichil dixit: solus ipse perpauca. cum solo lu
ca pauciora. cum matheo vero plurima. et multa pe
ne totidem atque ipsis verbis sive cum solo sive cum ceteris
consonante. Lucas vero circa sacerdotalem domini stirpem atque
personam. magis occupatus apparet. Nam et ad ipsum da
uid non regium stema secutus ascendit: sed per eos qui
reges non fuerunt exiit ad nathan filium dauid. qui
nec ipse rex fuit. Non sicut matheus qui per salomo
nem regem descendens. ceteros etiam reges ex ordine pro
secutus est: servans in eis de quo postea loquemur mis
ticum numerum. Dominus enim ihesus xps unus verus rex. et unus
verus sacerdos: illud ad regendos nos. illud ad expian
dos: has duas personas apud patrem singillatim com
mendatas suam figuram egisse declaravit: sive titu
lo illo qui cruci eius suprafixus erat. rex iudeorum. unde
archano instinctu pylatus respondit. quod scripsi scrip
si. quippe predictum erat in psalmis. ne corrumpas tituli
inscriptionem: sive quod ad personam sacerdotis attinet. in
eo quod nos offerre atque accipere docuit. Unde prophe
tia premisit dicente. Tu es sacerdos in eternum: secundum

mathe(us)
marcus
lucas

ordinem melchisedech. Multisque aliis documentis diuinarum
scripturarum. rex et sacerdos xpistus apparet. Hinc et ipse dauid
cuius filius non frustra crebrius dictus est quam filius abrahe.
et quem tamen tenuerunt matheus et lucas: ille a quo per salo
monem descenderet. iste ad quem per nathan ascenderet: quamquam
aperte rex fuerit figurauit tamen sacerdotis personam. quando
panes propositionis manducauit. quos non licebat manducare.
nisi solis sacerdotibus. Huc accedit quod etiam lucas commemo
rat mariam ab angelo manifestatam fuisse elizabeth: que
vxor erat zacharie sacerdotis: de quo idem scripsit quod eam de fi
liabus aaron. hoc est de tribu sacerdotum habebat vxorem.
Cum ergo matheus circa regis. lucas circa sacerdotis per
sonam gereret intentionem: vtrique humanitatem xpisti maxime com
mendarunt. Secundum hominem quippe xpistus et rex et sacerdos effec
tus est: cui dedit deus sedem dauid patris eius. et regni
eius non est finis. ut esset ad interpellandum pro nobis media
tor dei et hominum homo xpistus ihesus. Non habuit autem tamquam breuia
torem coniunctum lucas. sicut marcum matheus. Et hoc for
te non sine aliquo sacramento: quia regum est non esse sine
comitum obsequio. Unde ille qui regiam personam xpisti nar
randam susceperat: habuit sibi tamquam comitem adiunctum. qui sua
vestigia quodammodo sequeretur. Sacerdos autem quoniam in sancta sanctorum
solus intrabat: propterea lucas cuius circa sacerdotium xpisti erat
intentio non habuit tamquam socium subsequentem. qui suam narra
tionem quodammodo breuiaret. Tres tamen isti euangeliste
in hiis rebus maxime diuersati sunt. quas xpistus per humanam carnem
temporaliter gessit. Porro autem iohannes ipsam maxime diuinitatem
domini qua patri est equalis intendit: eamque precipue suo euange
lio quantum inter homines sufficere credidit commendare cura
uit. Itaque longe a tribus istis superius fertur: ita ut hos
videas quodammodo in terra cum xpisto homine conuersari: illum autem
transcendisse nebulam qua tegitur omnis terra et peruenisse
ad liquidum celum. vnde acie mentis acutissima atque firmis
sima videret in principio verbum deum apud deum per quem facta sunt
omnia: et ipsum agnosceret carnem factum ut habitaret in nobis
et quod acceperat carnem non quod fuerat mutatus in carnem,

Nisi ei carnis assumptio seruata incommutabili diuinitate
+ et caro facta esset. non diceret. Ego et pater unum sumus. Neque
ei pater unum est. Et hoc de ipso domini testimonium. solus idem
iohannes commemorauit. Et qui me videt. videt et patrem meum.
Ego in patre et pater in me: et ut sint unum sicut et
nos sumus. et quecumque pater facit hec et filius eadem si
militer facit. Et si qua sunt alia que christi diuinitatem
in qua equalis est patri recte intelligentibus intimet. pene so
lus iohannes in euangelio suo posuit. tamquam de pectore ipsius
3 domini super quod discumbere solitus erat. secretum diuinitatis eius
liberius et quodammodo familiarius biberit. Proinde
cum due uirtutes anime humane proposite sint. una actiua
altera contemplatiua. illa qua itur. ista qua peruenitur.
illa qua laboratur ut cor mundetur ad uidendum deum. ista
qua uacatur et uidetur deus. Illa est in preceptis exer
cende vite huius temporalis. ista in doctrina vite illius sem
piterne: ac per hoc illa operatur. ista requiescit: quia illa
est in purgatione peccatorum. ista in lumine purgatorum: ac
per hoc in vita mortali. illa est in opere bone conuersationis.
ista vero magis in fide et apud perpaucos per speculum in enig
mate ex parte aliqua in aliqua visione incommutabilis veri
tatis. Hee due uirtutes in duabus uxoribus iacob figu
rate intelliguntur. De quibus aduersus faustum manicheum pro
modulo meo quantum illi sufficere operi videbatur disserui.
Lya quippe interpretatur laborans: rachel autem visum principium.
Ex quo intelligi datur si diligenter aduertas tres euangelis
tas temporalia domini facta et dicta. que ad informandos mo
res vite presentis maxime valerent copiosius prosecu
tos. circa illam actiuam fuisse versatos: iohannem vero
facta domini multo pauciora narrantem. dicta vero eius
ea presertim que trinitatis unitatem et vite eterne felici
2 tatem insinuarent. diligentius et uberius conscribentem in vir
tute contemplatiua commendanda. suam intentionem predica
tionemque tenuisse. Unde michi videtur qui ex apoca

lipsi illa quatuor aīalia ad ītelligēdos quatuor euāgelis
tas īterptati sūt. pbabilius aliqd attēdisse. illi q̄ leonē
ī matheo. hoīem ī marco. vitulū ī luca. aqlā ī iohāne
ītellexerūt: q̄ illi q̄ hoīem ī matheo. aqlā marco. leonē ī
iohāne tribuerūt. De pncipijs eī librorum quandā coiec
turā cape voluerūt. nō de tota intētione euāgelistarū
que magis fuerat pscrutāda. Multo eī ꝯgruētius
ille qui regiā psonā xpi maxīe ꝯmēdauit: p leonē
significatus accipit. Unde ⁊ ī apocalipsi cū ipā tri
bu regia leo ꝯmēoratus est ubi dictū est. vicit leo de
tribu iuda. Secundum matheū eī ⁊ magi narrāt venis
se ab oriēte: ad regē querēdū et adorandū qui eis
p stellā natus apparuit. Et ipē rex herodes regē for
midauit īfantē: atqz ut eū posset occidē tot puulos
necat. Quod aūt p vitulū lucas significatus sit ppter
maximā victimā sacerdotis neutri dubitauerūt.
Ibi eī a sacerdote zacharia īcipit sermo narrātis.
Ibi ꝯgnatio marie ⁊ elyzabeth ꝯmēorat: ibi sac
mēta pmi sacdotij ī infāte xpo ipleta narratur.
Et queciqz alia possūt diligēt aduti. qbus appareat
lucas ītētionē circa sacdotis psonā habuisse. Marcus
ergo qui neqz stirpē regiā neqz sacerdotalē uel cog
nationē uel ꝯsecrationē narrare voluit: et tn̄
ī eis versatus ostēdit que homo xps opatus est. tā
tū hoīs figura ī illis quatuor aīalibus significatus
videt. Hec aūt tria aīalia siue leo siue homo siue
vitulus ī tra gradiūt. Unde isti tres euāgelistē
ī hijs maxīe occupati sīt que xps ī carne opatus est:
et que pcepta mortalis vite exercēde carnē porta
tibus tradidit. At vo iohes sup nubila īfirmitatis
huāne velut aqla volat. ac lucē īcomutabilis veri
tatis acutissimis atqz firmissimis oculis cordis ītuet.
Has dn̄i sctās quadrigas qbus p orbē vectus. subicit
populos leui suo iugo ⁊ sarcine leui. qdā uel ipia

uanitate uel imperita temeritate calumpniis appetunt.
ut eis ueracis narrationis derogent fidem. per quos christia
na religio disseminata per mundum ad tantam fertilitatem
peruenit. ut homines infideles iam inter semetipsos calumpnias
suas mussitare uix audeant. compressi fide gentium. et
omnium deuotione populorum. Verumtamen quia nonnullos adhuc
calumpniosis disputationibus suis uel retardant
a fide ne credant. uel iam credentes ~~ne~~ quantum potuerunt
agitando perturbant. Nonnulli autem fratres salua fide nosse
desiderant quid talibus respondeatur questionibus. uel ad pro
fectum scientie sue. uel ad illorum uaniloquia repellenda.
inspirante atque adiuuante domino deo nostro quod utinam ipsorum
saluti prosit hoc opere demonstrare suscepimus errores
uel temeritatem eorum. qui contra euangelii quatuor libros
quos euangeliste quatuor singulos conscripserunt satis argu
tas criminationes se proferre arbitrantur. Quod ut fiat quod
non sibi aduersentur idem scriptores quatuor ostendendum est. Hoc
enim solent quasi palmare sue uanitatis obicere. quod ipsi euan
geliste inter se dissentiant. Sed illud prius discutiendum
est. quod solet nonnullos mouere. cur ipse dominus nichil scrip
serit. ut aliis de illo scribentibus necesse sit credere. Hoc Questio
enim dicunt illi uel maxime pagani. qui dominum ipsum Ihesum Christum
culpare aut blasphemare non audent. eique tribuunt
excellentissimam sapientiam. sed tamen tamquam homini: discipulos
uero eius dicunt magistro suo amplius tribuisse quam erat. ut
eum filium dei dicerent. et uerbum dei per quod facta sunt omnia. et ipsum
ac deum patrem unum esse. ac si qua similia sunt in aposto
licis litteris. quibus eum cum patre unum deum colendum esse dicimus.
Honorandum enim tamquam sapientissimum uirum putant: colendum
autem tamquam deum negant. Cum ergo querunt quare ipse non scrip
serit. uidentur parati esse hoc de illo credere quod de se
ipse scripsisset. non quod alii de illo pro suo arbitrio pre
dicassent. A quibus quero cur de quibusdam nobilissimis
philosophis suis hoc crediderunt. quod de illis eorum

discipuli scriptum memorie sue reliquerunt. cum de se ipsi nichil
scripsissent. Nam pitagoras quo in illa contemplativa virtute
Pitagoras
nichil habuit grecia clarius. non tantum de se sed nec de
ulla re aliquid scripsisse perhibetur. Socrates autem quem rursus
Socrates
in activa qua mores informantur omnibus pretulerunt. ita ut
testimonio quoque dei sui apollinis omnium sapientissimum predi-
catum esse non taceant. esopi fabulas pauculis ver-
sibus persecutus est: verba et numeros suos adhibens rebus al-
terius usque adeo nichil scribere voluit. ut hoc se coactum
imperio sui demonis fecisse dixerit. sicut nobilissimus
discipulorum eius plato commemorat. In quo tamen opere maluit
alienas quam suas exornare sententias. Quid igitur cause
est cur de istis hoc credant quod discipuli eorum de illis litteris
commendarunt. et de christo nolint credere quod eius de illo disci-
puli conscripserunt? presertim cum de eo ceteros homines sapientia
superatos esse fateantur, quamvis eum fateri deum nolint? An
vero illi quos isto multo inferiores fuisse non dubitant. veraces
de se discipulos facere potuerunt? et iste non potuit?
Quod si absurdissime dicitur. credant de illo quem sapien-
tem fatentur non quod ipsi volunt. sed quod apud eos leguntur qui
ea que scripserunt ab illo sapiente didicerunt. Deinde dicant
unde saltem quod sapientissimus fuerit nosse vel audisse po-
tuerunt. Et si fama disseminante. certior nec de illo
fama nunciata est. quam discipuli eius quibus eum predicantibus
ipsa per totum mundum fama flagravit? Postremo fa-
mam preferunt fame: cuius fame de illo credant que ma-
ior est. Ecce quippe fama que de catholica ecclesia quam stu-
pent toto orbe diffusam mirabili claritate dispertitur: te-
nues istorum rumores incomparabiliter vicit. Ecce porro fama
tam magna. tam celebris. ut eam timendo. isti trepidas
et tepidas contradictiunculas in sinu suo rodant. iam
plus metuentes audiri. quam volentes credi: Filium dei
unigenitum et deum predicat christum per quem facta sunt omnia. Ergo
famam eligunt testem? cur non hanc eligunt que tanta clari-

tate praefulget? Si scripturam, cur non euangelium? quod tanta
auctoritate pollet? Nos certe de diis eorum credimus quod habet
et scriptura eorum antiquior et fama celebrior. Que si ado-
randa est, cur ea ridetur in theatris? Si autem ridenda est, plus
ridenda est cum adoratur in templis. Restat ut ipsi velut testes
esse de Christo qui sibi auferunt merito credi quod loquantur,
loquendo quod nesciunt. Aut si aliquos libros se habere dicunt,
quos eum asserant scripsisse, proferant eos nobis. Profecto enim uti-
lissimi et saluberrimi sunt, quos ut ipsi fatentur vir sapientis-
simus scripsit. Si autem timent eos proferre, utique mali sunt.
Porro si mali sunt, non eos sapientissimus scripsit. Sapien-
tissimum autem Christum fatentur. Non ergo Christus tale aliquid scripsit. Ita q̃rõ illarionis
vero isti desipiunt, ut illis libris quos eum scripsisse existimant
dicant contineri eas artes, quibus eum putant illa fecisse mi-
racula, quorum fama ubique percrebuit. Quod estimando se
ipsos produnt quid diligant et quid affectent, quandoquidem Christum propterea
sapientissimum putant fuisse, quia nescio que illicita nove-
rat, que non solum disciplina christiana, sed etiam ipsa terre-
ne reipublice administratio iure condempnat. Et certe
qui tales Christi libros legisse se affirmant? cur ipsi nulla
talia faciunt? qualia illum de libris talibus fecisse mirantur?
Quid quod etiam divino iudicio sic errant quidam eorum, qui talia
Christum scripsisse vel credunt vel credi volunt, ut eosdem libros
ad Petrum et Paulum dicant tamquam epistolari titulo prenotatos? Et
fieri potest ut sive inimici nominis Christi, sive qui eiusmodi ex-
ecrabilibus artibus de tam glorioso nomine pondus auctoritatis
se dare posse putaverunt, talia sub Christi et apostolorum nomine
scripserint. In qua fallacissima audacia sic excecati sunt,
ut etiam a pueris qui adhuc pueriliter in gradu lectorum sunt
christianis litteris merito rideantur. Cum enim velut tale aliquid fin-
gere Christum scripsisse ad discipulos suos cogitaverunt, ad
quos potissimum scribere potuisse facile crederetur, tamquam ad il-
los qui ei familiarius adhesissent, quibus illud quasi secretum
committeret, occurrerunt eis Petrus et Paulus. Credo quod eos
pluribus locis simul cum illo pictos viderunt, quia merito

petri et pauli etiam propter eundem passionis diem celeberrima
solemniter roma commendat. Sic omnino errare meruerunt;
qui xpm et apostolos eius non in scriptis codicibus, sed in pictis parie
tibus quesierunt. Nec mirum si a pingentibus fingentes de
cepti sunt. Toto enim tempore quo xps in carne mortali cum suis
discipulis vixit. nondum erat paulus discipulus eius: quem
post passionem suam. post resurrectionem. post ascensionem.
post missum de celo spiritum sanctum. post multorum iudeorum conver
sionem et mirabilem fidem. post lapidationem stephani dia
coni et martyris. cum adhuc saulus appellaretur. et eos qui in
xpm crediderant graviter persequeretur. de celo vocavit et
suum discipulum atque apostolum fecit. Quomodo igitur potuit libros
quos antequam moreretur eum scripsisse putare volunt ad disci
pulos tamquam familiarissimos petrum et paulum scribere? cum paulus
nondum fuerat discipulus eius? Illud quoque attendant qui ma
gicis artibus tanta potuisse. et nomen suum ad populos ad
se convertendos arte ipsa concelebrasse: utrum potuerit magicis
artibus tantos prophetas divino spiritu antequam in terra nasceretur
implere. qui de illo talia futura locuti sunt. qualia iam preterita
in evangelio legimus. et qualia in orbe terrarum presentia nunc
videmus. Neque enim si magicis artibus fecit ut coleretur.
et mortuus magus erat ante quam natus. cui prophetando
vetusto gens una deputata est. cuius rei publice tota ad
ministratio prophetia esset illius regis venturi. et civitatem
celestem ex omnibus gentibus condituri. Vide illius hebree gentis
+ dixi ad prophetandum xpm sicut + de pietate nullus alius deus erat deputate
nisi deus unus. deus verus qui fecit celum et terram et omnia que
in eis sunt. Quo offenso sepe suis hostibus subdebatur. Nunc
autem pro gravissimo scelere occisi xpi ex ipsa iherusolima
que erat regni eorum caput penitus eradicati; roma
no imperio sunt subiugati. Solebant autem romani deos
gentium quos subiugabant colendos appetere et eorum sacra
suscipere. Hunc de deo gentis hebree cum eam vel oppugna

uerunt uel vicerunt facere noluerunt: credo quoniam videbat
si eius dei sacra recepisset qui se solum deletis etiam simu-
lachris coli iubet, dimittenda esse omnia que prius colen-
da susceperat: cum quorum religionibus imperium suum crevisse
arbitrabatur. In quo eos plurimum fallacia demonum de-
cipiebat. Ista utique intelligere debebat occulta dei veri voluntate,
penes quem verum summa potestas est, sibi datum et auctum reg-
num: non illorum deorum favore qui si aliquid in hac re potestatis ha-
buissent, suos potius protexissent: ne a romanis superarentur,
aut ipsos eis romanos edomitos subiugassent. Neque enim possunt
dicere pietatem ac mores suos a diis gentium quibus vicerunt dilectos
et electos. Nunquam hoc dicerent si primordia sua recolant. Facino-
rosum asilum et romuli fratricidium. Neque enim quando asilum con-
stituerunt remus et romulus, ut quisquis quo cuiuslibet sceleris
reus eo confugisset inultum haberet commissum: precepta penitentie
dederunt ad sanandas animas miserorum. An non potius col-
lectam timentium manum contra suas civitates quarum leges
timebant: mercede impunitatis armarunt? Aut quando
romulus fratrem qui nichil in eum mali perpetrarat occidit?
iusticiam vindicandi, ac non principatum dominandi cogitavit?
Itane istos mores dilexerunt dii hostes suarum civitatum,
favendo hostibus earum? qui potius nec illas deserendo pres-
serunt, nec ad istos transeundo eos aliquid adiuverunt, quia
non habent in potestate regnum dare et auferre? Deus enim unus
et verus hoc agit occulto iudicio. non continuo beatos facturus
quibus terrenum regnum dederit, nec continuo miseros quibus
ademerit: sed beatos vel miseros propter aliud et aliunde
faciens temporalia regna atque terrena, quibus voluerit et quamdiu
voluerit, secundum predestinatum ordinem seculorum, vel sinendo vel
donando distribuit. Unde nec illud possunt dicere. Cur
ergo deus hebreorum quem summum et verum deum dicitis non
solum eis romanos non subiugavit? sed nec ipsos hebreos
ne a romanis subiugarentur adiuvit? Precesserunt enim
manifesta peccata eorum: propter que illis hoc venturum prophete

tanto ante praedixerunt: et mactaverunt quia impio furore Christum
occiderunt. In quo peccato aliorum occultorum peccatorum meritis exce-
cati sunt. Et quod illius passio esset gentibus profutura: eadem pro-
phetica contestatione praedictum est. Nec non et alia res magis cla-
ruit illius gentis regnum. templum. sacerdotium. sacrificium. et unc-
tionem illam misticam que crisma grece dicitur. unde Christi
nomen elucet. et propter quam reges suos christos ipsa gens ap-
pellabat. non fuisse nisi prenuntiando Christo deputatam: quan-
doquidem occisi Christi resurrectio postea quam cepit gentibus creden-
tibus praedicari. illa omnia cessaverunt nescientibus romanis.
per quorum victoriam nescientibus iudeis per quorum subiugationem
factum est ut illa cessarent. Rem sane mirabilem non advertunt
pauci pagani qui remanserunt. deum hebreorum offensum
a victis. nec receptum a victoribus: nunc praedicari et coli ab
omnibus gentibus. Ipse est enim deus israel. de quo tanto ante propheta
plebem dei sic allocutus est. Et qui eruit te deus israel
universe terre vocabitur. Hoc factum est per nomen Christi venien-
tis ad homines ex semine ipsius israel qui nepos fuit abrahe
, Retractatum est.
a quo gens cepit hebreorum. Nam et ipsi israel dictum est. in seme-
tuo benedicentur omnes tribus terre. Hic ostenditur deus israel deus
unus qui fecit celum et terram. et res humanas iuste et miseri-
corditer curat. ita ut nec precludat misericordiam iusticia.
nec impediat iustitiam misericordia. quod non ipse sit victus in he-
breo populo suo. quia regnum sacerdotiumque eius romanis expug-
nandum delendumque permisit: quandoquidem per Christi evangelium veri
regis et sacerdotis. quod in illo regno et sacerdotio futurum pre-
figuravit. nunc ipse deus israel ubique delet ydola gentium
que utique ne deleret recipere sacra eius romani no-
luerunt. sicut receperunt deorum aliarum gentium quas vicerunt.
Ita et ~~mar~~ regnum sacerdotiumque propheticae gentis abstulit.
quia iam qui per eam promittebatur advenerat. et romanum imperium
a quo illa gens victa est per Christum regem suo nomini sub-
iugavit. atque ad evertenda ydola propter quorum honorem
sacra eius recepta non erant. christiane fidei robore ac

deuotione conuertit, Puto quia hec de se futura ut
per tot prophetas. et per quemdam etiam gentis regnum et sacerdotium
pronunciaret: non magicis artibus fecit xpc antequam esset
in hominibus natus. Nam et illius iam dilecti regni populus ubique dis
persus mirabili dei prouidentia. quamuis sine ulla unctione
regis sacerdotisque remanserit. in quo crismate xpi nomen
appareret: tenet tamen reliquias quarundam observationum
suarum. romana autem sacra illa de ydolorum cultura nec
victus nec subiugatus accepit ut libros propheticos ad
testimonium gerat xpi. Ac sic de inimicorum codicibus profer
tur ueritas prophetata xpi. Quid ergo adhuc miseri xpm male
laudando seipsos inducunt? Si aliqua magica sub eius nomine
scripta sunt cum uehementer huius artibus xpi doctrina inimica
sit: hic potius intelligant quantum sit illud nomen. quo addi
to etiam illi qui contra eius precepta uiuunt suas nefarias ar
tes honorare conantur. Sic enim diuersis hominum erroribus mul
ti etiam varias hereses aduersus ueritatem sub eius nomine condi
derunt. Ita sentiunt etiam inimici xpi ad suadendum quod
proferunt contra doctrinam xpi nullum sibi esse pondus auctori
tatis si non habeat nomen xpi. Quid quod xpi uani lau
datores et xpiane religionis obliqui obtrectatores.
propterea non audent blasphemare xpm. quia quidam philoso
phi eorum sicut in libris suis porphirius prodidit. consulue
runt deos suos quid de xpo responderent? Illi autem oraculis
suis xpm laudare compulsi sunt. Nec mirum cum et in euange
lio legamus eum demones fuisse confessos. Scriptum est autem
in propheticis nostris. quoniam dii gentium demonia. ac per hoc isti ne
contra deorum suorum responsa conentur. continent blasphemias
suas a xpo. et eas in discipulos eius effundunt. Michi autem ui
detur quod illi dii gentium quos philosophi paganorum consulere
potuerunt: etiam si de discipulis xpi interrogarentur. ipsos
quoque laudare cogerentur. Uerum tamen isti ita disputant. quod
hec euersio templorum. et dampnatio sacrificiorum. et confractio
simulachrorum. non per doctrinam xpi fiat. sed per discipulorum eius.

+ inimica,

quos aliud quam ab illo didicerunt docuisse contendunt: ita volentes christianam fidem christum honorantes laudantesque convellere quibus utique per discipulos christi et facta et dicta christi annuntiata sunt: quibus constat religio christiana adhuc istis iam paucissimis nec iam oppugnantibus sed tamen adhuc mussitantibus. Sed si nolunt credere christum talia docuisse: prophetas legant: qui non solum superstitiones idolorum everti preceperunt. verum etiam christianis temporibus hanc eversionem futuram predixerunt. Quod si fefellerunt. cur tanta manifestatione complentur? Si verum dixerunt. cur tante divinitati resistitur? Verumtamen diligentius ab istis querendum est. quemnam putant esse deum israel. cur eum colendum non receperunt. sicut aliarum gentium deos quas romanum subegit imperium: presertim cum eorum sententia sit. omnes deos colendos esse sapienti. Cur ergo a numero ceterorum iste reiectus est? Si plurimum valet. cur ab eis solus non colitur? Si parum aut nichil valet. cur contritis eorum simulachris ab omnibus gentibus solus pene iam colitur? Nunquam huius questionis vinculo eximi poterunt. Qui cum maiores et minores deos colant quos deos putant: hunc deum non colunt qui prevaluit omnibus. Si est magne virtutis. cur existimatus est improbandus? Si parve nulliusve virtutis. cur tantum potuit improbatus? Si bonus est. cur a ceteris bonis solus separatur? Si malus est. cur a tot bonis unus non superatur? Si verax. cur eius precepta respuuntur? Si mendax. cur eius predicta complentur? Postremo quod volunt de illo sentiant. Nunquid romani etiam malos deos colendos non putant. qui et pallori et febri fana fecerunt? Qui et agathos demonas invitandos. et cacos demonas placandos monent? Quodlibet ergo de illo existiment. cur eum solum sibi nec advocandum nec placandum esse duxerunt? Quis est deus iste vel ita ignotus. ut inter tam multis diis solus adhuc non inveniatur. vel ita notus. ut a tam multis hominibus iam solus colatur? Nichil ergo restat ut dicant cur huius dei sacra recipere noluerint. aut quia solum se coli voluerit: illos autem deos gentium quos isti iam colebant coli prohibuerit. Sed hoc ipsum magis ab eis requirendum est. quemnam vel qualem putant esse istum deum qui noluerit coli deos alios:

quibus isti templa et simulachra fecerunt. tantumque potuerit
ut plus valeret eius voluntas ad eorum simulachra evertenda
quam illorum ad eius sacra non recipienda. Certe sententia illius
eorum philosophi proditur. quem sapientissimum omnium hominum etiam
oraculo fuisse firmarunt. Socratis enim sententia est. unum
quemque deum sic coli debere: quomodo se ipse colendum esse preceperit.
Proinde istis summa necessitas est facta non colendi deum hebre
orum: quia si alio modo eum colere vellent quam se colendum ipse dixis
set. non utique illum colerent. sed quod ipsi finxissent. Si autem
illo modo quo ipse dixerat. alios sibi colendos non esse cerne
bant. quos ille coli prohibebat. Ac per hoc respuerunt unius veri
dei cultum. ne multos falsos offenderent: magis arbitran
tes sibi obfuturam fuisse istorum iracundiam. quam illius benivolentiam
profuturam. Sed fuit ista vana necessitas et ridenda timidi
tas. Nunc querimus quid de isto deo sentiunt homines: quibus placet omnes
deos colendos esse. Si enim iste colendus non est. quomodo coluntur omnes
cum iste non colitur? Si autem colendus est. non omnes colendi sunt: quia nisi
solus colatur iste non colitur. An forte dicturi sunt istum non esse deum:
cum illos deos dicant qui sicut nos credimus nichil possunt. nisi
quod illius iudicio permittuntur? Non tantum ut alicui prosint: sed ut nec
ledere valeant. nisi eos quos ita ledendos esse ille iudicat
qui omnia potest. Si autem ipsi coguntur fateri minora certe quam illi
putaverunt. si enim dii sunt quorum vates consulti ab hominibus non dicam
fefellerunt plerumque. privatis tamen negotiis responderunt?
quomodo non est deus cuius vates non solum ea que ad tempus consule
bantur congruenter responderunt. verum etiam unde non consulebantur
de universo genere humano atque omnibus gentibus ea tanto predixerunt,
fatum que nunc et legimus et videmus? Si deum dicunt quo impleta
sibilla facta cecinit romanorum? quomodo non est deus qui
et romanos et omnes nationes in se unum deum per Christi evangelium
credituras. et omnia priscorum simulachra eversuras si
cut prenuntiavit exhibuit? Postremo si illos deos dicunt qui
numquam ausi sunt per vates suos contra istum aliquid dicere? quomodo non
est deus qui per vates suos istorum simulachra non solum everti
iussit. verum etiam in omnibus gentibus eversum iri predixit ab eis quibus

sibillarum

~~postremo~~ illis desertis ipse unum colere iuberet, et iussa famularentur? Aut legant si possunt vel aliquam sibillarum vel quorumlibet aliorum vatum suorum predixisse hoc futurum, ut deus hebreorum deus israel ab omnibus gentibus coleretur: et quod cum cultores aliorum deorum vere antea respuisset. futuros etiam libros prophetarum eius in auctoritate ista sublimes. ut huius obtemperans etiam imperium romanorum iubet deleri simulachra: monuisse etiam ne talibus preceptis obtemperaretur. Legant ista si possunt ex aliquibus libris vatum suorum. Omitto et dico quod ea que in illorum libris leguntur. pro nostra. hoc est xpiana religione testimonium dicunt. quod a sanctis angelis et ab ipsis nostris prophetis audire potuerunt. sicut et presente in carne xpisto etiam demonia coacta sunt confiteri. Sed hec omitto: que cum proferimus. a nostris conficta esse credunt. Ipsi omnino urgendi sunt ut proferant a vatibus deorum suorum contra deum hebreorum aliquid prophetatum. sicut nos tot et tanta de libris prophetarum nostrorum contra deos eorum. et iussa observamus. et predicta recitamus. et facta monstramus. que illi tam pauci qui remanserunt malunt ~~ut~~ dolere completa. quam illum deum agnoscere qui potuit prenunciare complenda: cum in suis diis falsis que sunt vere demonia nichil aliud pro magno affectant. quam cum aliquid eorum responsis sibi futurum esse didicerint. Que cum ita sint. cur non potius miseri intelligunt illum esse unum deum verum quem sic vident a deorum suorum societate seiunctum? ut quem deum fateri coguntur qui omnes deos colendos esse profitentur cum ceteris colere non sinantur? Cum ergo simul coli non possunt? cur non ille eligitur qui istos coli vetat. relictis illis qui illum coli non vetant? Aut si vetant. legant. Quod enim magis prolis eorum in templis eorum debuit recitari? ubi nichil unquam tale personuit? Et utique prohibitio tam multorum contra unum. quam unius contra tam multos notior et potentior esse debet. Nam si huius dei cultus est impius: inutiles sunt dii qui homines ab impietate non prohibent. Si vero pius est huius cultus? quomodo in illo precipitur ne isti colantur? Impius est cultus eorum. Si autem tam diffidentur istum coli prohibet. ut plus audiri timeat quam prohibere audeat? hoc ipso quis non sapiat quis non sentiat illum esse potius eligendum qui istos coli tam publice prohibet. qui eorum simulachra everti iussit. predixit evertit.

quod istos quos ille ut non colantur iussisse nescimus, prohibuisse non legimus, valuisse
aliquid non videmus? Rogo respondeant quis est deus iste qui omnes
deos gentium sic persequitur: qui omnia eorum sacra sic perdit, sic exti-
guit. Quid ita rogo homines qui evanuerunt cogitatione quis iste
sit? Alii dicunt saturnus est. Credo propter sabbati sanctificati-
onem: quia isti eum diem saturno tribuerunt. Varro autem ipsorum, quo
doctiorem apud se neminem inveniunt, deum iudeorum iovem pu-
tavit. nichil interesse censens quo nomine nuncupetur, dum eadem
res intelligatur. credo illius summitate deterritus. Nam quia
nichil superius solent colere romani quam iovem, quod capitolium
eorum satis aperteque testatur. eumque deorum omnium regem arbitrantur:
cum animadverteret iudeos summum deum colere. nichil aliud potuit
suspicari quam iovem. Sed sive quod saturnum. sive quod iovem in
deorum deum putant. dicant quando saturnus non prohibuit ausus est coli deum
alterum: nec ipsum iovem qui eum regno expulisse perhibetur pa-
trem filius. qui si tamquam potentior et victor placuit cultoribus suis.
saturnum victum expulsumque non colant. Sed neque iste coli
iovis prohibuit: et quem ~~[illegible]~~ vincere potuit deum tamen esse
permisit. Iste igitur fabule sunt: aut interpretande a sapientibus aut
ridende. Nos autem iovem colimus: de quo ait maro. Iovis omnia
plena, id est omnia vivificante spiritu. Merito ergo et varro iovem
opinatus est coli a iudeis: quia dicit per prophetam. Celum et terram ego
impleo. Sed illud quod idem poeta dicit etherem quomodo accipiunt?
Hic enim ait. Tum pater omnipotens fecundis ymbribus ether coniu-
gis in gremium lete descendit. Etherem quippe non spiritum sed corpus esse
dicunt sublime: quo celum super aerem distenditur. An poete conceditur
nunc secundum platonicos ut non corpus sed spiritus. nunc secundum stoycos
loqui ut corpus sit deus? Quid ergo in capitolio colunt? Si spiritum. si
denique ipsum celum corporeum? quid illic facit scutum iovis. illud quod
appellant egida? Nempe origo huius nominis ita redditur. quia iovem
a matre occultatum capra nutrivit. An et hoc poete mentiuntur?
Numquid et capitolia romanorum opera sunt poetarum? Quid sibi vult
ista non poetica sed plane mimica varietas. deos secundum phi-
losophos in libris querere. secundum poetas in templis adorare? Sed
numquid etiam ille euhemerus poeta fuit. qui et ipsum iovem et saturnum

patrem eius. et plutonem atque neptunum fratres eius. ita planis-
sime homines fuisse prodit. ut eorum cultores gratias magis agere poetis
debeant. quia non eos dehonestando sed potius ad exornan-
dos multa finxerunt? Quamvis et ipsum euhemerum ab ennio
poeta in latinam linguam esse conversum cicero commemorat. Illud vero
quod et ipse cicero poeta fuit? quoniam eo quo in tusculanis dis-
putat. tamquam secretorum conscium admonet dicens. si vero scru-
tari vetera. et ex eis que scriptores grecie prodiderunt
eruere coner. ipsi illi maiorum gentium dii. hinc a nobis profecti
in celum reperientur? Quere quorum demonstrentur sepulchra: et
reminiscere que es initiatus que traduntur. Tunc denique quam
hoc late pateat intelliges. Hic certe istorum deos. homines fuis-
se satis confitetur. In celum autem profecisse benivole suspicatur:
quamquam et hunc honorem opinionis ab hominibus eis esse delatum.
non dubitavit publice dicere cum de romulo loqueretur. Cum hanc
igitur urbem condidit. romulum ad deos inmortales benivo-
lentia famaque sustulimus. Quid igitur mirum est si hoc fecerunt
homines antiquiores de iove et saturno de ceterisque. quod roma-
ni de romulo? Quod denique iam recentioribus temporibus etiam de cesare
facere voluerunt. Quibus et virgilius adulationem carminis ad-
didit dicens. Ecce dionei processit cesaris astrum. Videant
ergo ne forte historica veritas sepulchra falsorum deorum osten-
dat in terra: vanitas autem poetica stellas eorum non figat sed
fingat in celo. Neque enim re vera stella illa iovis est aut
illa saturni: sed post eorum mortem sideribus ab initio mundi
conditis. hec nomina imposuerunt homines. quos illos mortuos quasi deos
haberi voluerunt. De quibus quod tantum mali castitas. aut quod
tantum boni voluptas commeruit? ut inter astra que cum sole
et luna circueunt venus habeat stellam et minerva non
habeat? Sed fuerit et cicero achademicus incertior quam poete
qui sepulchra deorum commemorare ausus est. litterisque mandare.
quamvis hoc non ex opinione propria presumpserit. sed ex ipsorum
sacrorum traditione mandaverit. Numquid et varro vel tamquam
poeta fingit. vel tamquam achademicus dubie ponit quod dicit.
talium deorum sacra ex cuiusque eorum vita qua inter homines

vixerunt vel obierunt esse composita. Numquid et Leon ille sa-
cerdos egiptius. poeta vel achademicus fuit. Qui
macedoni alexandro diversa quidem e grecorum opinione istorum
deorum originem verumtamen ita prodit. ut eos homines fuisse
declararet. Sed quid ad nos. Dicant se iovem non mortuum
hominem colere. nec homini mortuo capitolium dedicasse. sed
spiritui vivificanti omnia quo mundus impletur: et scutum eius
in honore nutricis eius factum de pelle caprina interpretentur
ut volunt. Quid dicunt de saturno. quem saturnum colunt. Nonne
ille est qui primus ab olipo venit arma iovis fugiens. et reg-
nis exul ademptis. qui genus indocile et dispersum montibus al-
tis composuit. legesque dedit. latiumque vocari voluit. his quoniam la-
tuisset tutus in horis. Nonne ipsum eius simulachrum quod a coo-
perto capite fingitur: quasi latentem indicat. Nonne ipse italis
ostendit agriculturam quod falce demonstratur. Non igitur. Ista
videris si fuit ille homo et rex quidam de quo ista narrantur:
nos tamen saturnum interpretamur universum tempus. quod grecum
eius etiam vocabulum ostendit. Vocatur enim chronos: quod aspi-
ratione addita etiam temporis nomen est. Unde et latine saturnus
appellatur. quod saturetur annis. Quid iam cum istis agendum sit nes-
cio: qui conantes in melius interpretari nomina et simulachra deorum
suorum: fatentur maiorem deum suum et patrem ceterorum tempus esse.
Quid enim aliud indicant. quam omnes deos temporales esse. quorum
patrem ipsum tempus constituunt. Erubuerunt hinc philosophi eorum
recentiores platonici. qui iam temporibus christianis fuerunt: et sa-
turnum aliter interpretari conati sunt. dicentes appellatum chronon.
velut a satietate intellectus: eo quod grece satietas chro-
nos. intellectus autem sive mens. nus. dicitur. Cui videtur suf-
fragari latinum nomen quasi ex prima latina parte et greca
posteriore compositum: ut diceretur saturnus. tamquam satur esset nus.
Viderunt enim quam esset absurdum si filius temporis iupiter haberetur:
quem deum eternum vel putabat vel putari volebat. At vero
secundum istam novellam interpretationem quam veteres eorum si ha-
buisset. mirum si ciceronem varronemque latuisset. iovem
dicunt saturni filium. tamquam ab illa summa mente profluentem spiritum:

quem voluit esse velut animam mundi huius, omnia terrena et celestia corpora
implentem. Unde illud Maronis est quod paulo ante commemoravi:
Iovis omnia plena. Ut quid non si posset isti sicut ipsam interpretationem
ita etiam superstitionem hominum commutaret? et aut nulla simula-
chra aut certe Saturno potius quam Iovi capitolia constitueret?
Neque enim ullam animam rationalem sapientem fieri disputant: nisi parti-
cipatione illius summe et incommutabilisque sapientie: non solum cuiusque
hominis animam, sed ipsius etiam mundi, quam dicunt Iovem. Nos vero
esse quandam summam dei sapientiam, cuius participatione fit sapiens
quecumque anima, fit vere sapiens: non tantum concedimus, verum etiam
maxime predicamus. Utrum autem universa ista corporalis moles que
mundus appellatur, habeat quandam animam, vel quasi animam suam, id
est rationalem vitam qua ita regitur sicut unumquodque animal:
magna atque abdita questio est. Nec affirmari debet ista
opinio, nisi comperta quod vera sit: nec refelli, nisi comperta quod
falsa sit. Quid autem hoc ad hominem etiam si semper eum lateat? quoniam et
nulla anima fit sapiens vel beata ex alia quacumque anima, sed ex
illa sola summa incommutabilique dei sapientia? Romani tamen
qui non Saturno, sed Iovi capitolium condiderunt, vel alie nationes que
Iovem precipue supra ceteros deos colendum esse putaverunt,
non hoc quod isti senserunt, qui secundum istam suam novam opinionem et sum-
mas arces si quas in huius rebus potestatis habuisset, Saturno potius
dedicaret: et mathematicos vel genethliacos maxime de-
leret, qui Saturnum quem sapientum effectorem isti dicerent, male-
ficum deum inter alia sydera constituerunt. Que opinio tantum
contra illos in animis humanis prevaluit, ut nec nominare illum velit
senem potius quam Saturnum appellantes: tam timida superstitione
ut iam Carthaginenses pene vico suo nomen mutaverint, vicum
senis crebrius quam vicum Saturni appellantes. Notum est ergo
quid colere consuerant: et quid colorare conentur adoratores simu-
lachrorum. Verum et ab istis novitiis interpretationibus Saturni, re-
cedendum est, quid de deo sentiunt Hebreorum. Et iam ipsis etiam placuit
omnes deos cum gentibus colere: cum eos superbos pudet pro peccatorum
remissione humiliari sub Christo. Quid ergo sentiunt de deo Israel?
Quem si non colunt: non omnes deos colunt. Si autem colunt, non colunt
sicut ipse coli se iussit: quia et alios colunt quos ille prohibuit.
Per eos etiam vates ista prohibuit, per quos hec ipsa que nunc a

christianis eorum simulachra patiuntur futura predixit. Hinc etiam angeli ad illos prophetas missi sunt. qui eis deum omnium creatorem unum verum deum cui universa subiecta sunt. et per sensibilium rerum congruam speciem figuratum ostenderent. et quemadmodum se coli preciperet indicarent: sive aliquorum in eis mentes per spiritum sanctum ita sublimate sint. ut eo visu ea viderent quo et ipsi angeli vident: constat tamen eos illi deo servisse qui alios deos prohibuit. servisse autem fide pietatis in regno et sacerdotio rei publice sue: et christum venturum regem ac sacerdotem significantibus sacris. Porro autem de diis gentium quos isti deum coli voluerunt. illum qui cum eis coli non potest colere noluerunt. dicant quid cause est ut nullus eorum inveniatur qui alterum coli prohibeat: cum eos in diversis officiis numinibusque constituant. et rebus ad quemque pertinentibus presidere velint. Si enim iupiter non prohibet saturnum coli. quia non est ille homo qui illum hominem patrem de regno expulit. sed aut celi corpus aut spiritus implens terram et celum et. et ideo non potest prohibere coli mentem supernam ex qua dicitur emanasse. si ea ratione nec saturnus iovem coli prohibeat. quia non ab eo rebellante superatus est. sicut ille a iove nescio quo. cuius arma fugiens venit in italiam. sed saltem prima mens anime a se genite: saltem vulcanus prohiberet coli martem uxoris adulterum. hercules iunonem persecutricem suam. Que ista inter eos est tam feda consensio ut nec dyana virgo casta coli prohibeat non dicam venerem. sed priapum? Illum si unus homo et venator et agricola esse voluerit. servus erit alterorum: quibus tamen vel vicina templa fabricare erubescit? Sed iam preter dyanam virtutem quam volunt. iam preter et priapum fecunditatis deum. ita sane ut in fetandis feminis pudeat maritum talem habere adiutorem. Dicant quod placet. iam preter quod sapiunt. dum tamen eorum omnia argumenta perturbet deus israel: qui cum illos omnes coli prohibuerit. et a nullo coli prohibitus sit. eorumque simulachris et sacris eversionem preceperit. predixit et fecerit: satis ostendit illos falsos atque fallaces. et se esse verum ac veracem deum. Istos autem iam paucos deorum multorum falsorumque cultores quis non miretur non nolle obtemperare illi. de quo cum ab eis queritur quisnam deus sit. quod libet opinando respondet.

numinibus

deum tamen esse negare non audet: quia si neget. operibus eius predictis
atque completis facillime conuincitur. Neque enim ea dico que liberum
sibi putat esse non credere. quod ipse in principio fecit celum et terram
et omnia que in eis sunt: neque illa nimis antiqua. quod enoch
transtulit. quod impios diluuio deleuit: quod noe iustum domumque
eius inde per lignum liberauit. Ab abraham facta eius in hominibus
exordior. Huic enim terra est per angelicum oraculum manifesta
promissio quam nunc videmus impleri. Illi enim dictum est. in semine
tuo benedicentur omnes gentes. Ex cuius semine populus israel unde
virgo maria que peperit christum in quo benedici omnes gentes
audeat iam nunc negare si possunt. Hec promissio facta
est etiam ad ysaac filium abrahe et ad iacob nepotem abra
he qui etiam israel appellatur: ex quo uniuersus ille populus et
propagatus et nominatus est ut huius populi dei appellaretur deus israel:
non quod ipse non sit deus omnium gentium. siue nescientium siue iam
scientium: sed quia in isto populo uoluit manifestius apparere
virtutem ~~terra~~ promissorum suorum. Ille enim populus primum in egipto
multiplicatus. et de illa seruitute per moysen in multis
signis portentisque liberatus: debellatis plurimis gentibus
terram repromissionis accepit. In qua regnauit per reges
suos de tribu iuda exortos. Qui iudas unus fuit ex duo
decim filiis israel nepotis abrahe: atque inde iudei cognominati.
multa ipso deo adiuuante fecerunt. multa pro peccatis suis ipso
deo flagellante perpessi sunt. donec ueniret semen cui promis
sum est in quo benedicerentur omnes gentes. et primum suorum simu
lachra sponte confringeret. Neque enim temporibus christianis fit tanto
ante predictum est. quod per christianos impletur. Ipsi iudei qui re
manserunt inimici nominis christi. de quorum etiam futura perfidia
in illis propheticis litteris tacitum non est: ipsi habent et legunt prophe
tam dicentem. Domine deus meus et refugium meum in die malorum
ad te gentes uenient ab extremo terre et dicent. Vere mendacia
coluerunt patres nostri simulachra: et non est in illis utilitas.
Ecce nunc fit: ecce nunc gentes ab extremo terre ueniunt ad
christum ista dicentes: et simulachra frangentes. Et hoc enim mag
num est quod deus prestitit ecclesie sue ubique diffuse. ut gentes

iudea merito debellata et dispersa per terras. ne a nobis hec
composita putarentur: codices prophetarum nostrorum ubique portaret:
et inimica fidei nostre testis fieret veritatis nostre. Quomodo
igitur discipuli xpi docuerunt + sicut stulti desipiendo iac- + quod a xpo non didicerunt.
titant. ut deorum gentilium et simulachrorum superstitio deleretur?
Numquid et illas prophecias que nunc leguntur in codicibus inimicorum
xpi possunt dici finxisse discipuli xpi? Quis ergo hec evertit
nisi deus israel? Ipsi enim populo dictum est per divinas voces
factas ad moysen. Audi israel. dominus deus tuus unus est. Non fa-
cies tibi ydolum nec cuiusquam similitudinem: neque in celo sursum
neque in terra deorsum. Ut autem everteret ista ubi potestatem acce-
perit. sic ei precipitur. Non adorabis deos illorum neque servi-
es eis: non facies secundum opera ipsorum. sed deponendo depones
et confringendo confringes simulachra eorum. Quis autem dicat xpm
atque xpianos non pertinere ad israel. cum israel nepos fuerit abrahe
cui primo et deinde ysaac filio eius et deinde ipsi israel nepoti
eius dictum est quod commemoravi? In semine tuo benedicentur omnes
gentes? Quod fieri iam videmus in xpo. cum inde exorta sit illa virgo
de qua propheta populi israel cecinit dicens. Ecce virgo concipiet et
pariet filium: et vocabitur nomen eius emanuel. Quod interpretatur
nobiscum deus. Deus ergo israel qui prohibuit alios deos co-
li. qui prohibuit ydola fabricari. qui precepit everti. qui per prophe-
tam predixit. gentes ab extremo terre dicturas. Vere menda-
cia coluerunt patres nostri simulachra in quibus non est utilitas:
ipse per xpi nomen et xpianorum fidem. istarum omnium superstitionum
iussit eversionem: promisit. exhibuit. Frustra ergo miseri
quia blasphemare xpm etiam a diis suis hoc est demo-
nibus nomen xpi metuentibus prohibiti sunt: volunt ab eo
doctrinam istam facere alienam qua xpiani contra ydola dis-
putant: easque falsas omnes religiones ubi potuerint eradicant.
De deo israel respondeant quem docere ista et iubere non tantum
xpianorum. sed et iudeorum libri testantur. De ipso consulant deos
suos quod xpm blasphemare prohibuerunt. de deo israel si
audent aliqua contumeliosa respondeant. Sed quos consu-
lant? aut ubi iam consulant? libros suorum legant. Si deum israel

iovem putant sicut varro scripsit? iterum ut secundum opinionem eorum loquar, cur ergo iovi non credant ydola esse delenda? Si saturnum putant? cur non eum colunt? Aut cur non sic colunt quemadmodum se coli per eos vates precepit? per quos ea que predixerit implevit? Cur ei non credunt simulachra evertenda esse? et alios deos colendos non esse? Si nec iovis nec saturni est. quia si unius eorum esset. contra sacra iovis et saturni tanta non diceret? quis ergo est qui preter deos alios solus ab istis non colitur. et cultis diis aliis tam evidenter efficit ut solus colatur. humiliata omni superba altitudine que se adversus christum erexerat. pro ydolis persequentes interficiensque christianos? Nunc certe querunt ubi se abscondant cum sacrificare volunt: vel ubi deos suos retrudant. ne a christianis inveniantur atque frangantur. Unde hoc nisi a timore legum atque regum. per quos deus israel suam exerit potestatem. iam subditos christi nomini. sicut ante promisit dicens per prophetam. et adorabunt eum omnes reges terre. omnes gentes servient illi? Nempe iam completur quod per prophetam idem deus cecinit. quod remissurus esset ipsam plebem suam: non quidem totam. quia multi ex israhelitis ~~credidit~~ [margin: crediderunt] in christum. nam inde erant et apostoli eius. et humiliaturus omnem superbum atque iniuriosum. ut ipse solus exaltaretur. id est solus altus et potens hominibus manifestaretur: donec proiceret a credentibus ydola. et a non credentibus absconderentur. cum eius timore terra confringitur. id est terreni homines timore franguntur timendo legem. vel ipsius vel eorum qui credentes in eum gentibusque regnantes talia sacrilegia prohiberent. Hec enim que ut facilius intelligerentur breviter prelocutus sum: propheta sic dicit. Et nunc tu domus iacob. venite et ambulemus in luce domini. Remisit enim plebem suam domum israel. quoniam repleta est sicut ab initio regio eorum auguriis sicut alienigenarum: et filii multi alienigene nati sunt illis. Repleta est enim regio illorum argento et auro. nec erat numerus thesaurorum illorum: et repleta est terra equis. nec erat numerus curruum illorum: et repleta est terra abhominationibus operum manuum ipsorum. et adoraverunt ea que fecerunt digiti eorum: et inclinavit se homo et humiliatus est vir: et non remittam illis. Et nunc intrate in petras et abscondite vos in terra:

a facie timoris domini et a maiestate virtutis eius. cum consur-
rexerit confringere terram. Oculi enim domini excelsi. et homo humilis.
Et humiliabitur altitudo hominum: et exaltabitur dominus solus in die
illa. Dies enim domini sabaoth in omnem iniuriosum et superbum. et supra
omnem altum et humiliatum quod humiliabitur. et supra omnem cedrum li-
bani excelsorum et elatorum. et super omnem arborem libani et ba-
san. et super omnem montem et super omnem collem altum. et super omnem
navem maris. et super omne spectaculum navium decoris: et
humiliabitur et cadet contumelia hominum. et exaltabitur dominus
solus in die illa. Et manibus fabricata omnia abscondentur in spe-
luncis. et in scissuris petrarum et in cavernis terre. a facie
timoris domini et a maiestate virtutis eius cum surrexerit
confringere terram. Illa enim die proiciet homo abhominationes au-
reas et argenteas. que fecerunt ut adoraret supervacua. et va-
na et noxia: ut intret in foramina solide petre et in scissu-
ras petrarum. ~~a facie~~ a facie timoris domini. et a maiestate
virtutis eius: cum surrexerit comminuere terram. Quid dicunt de isto
deo sabaoth. quod interpretatur deus virtutum vel exercituum? quia illi
serviunt virtutes et exercitus angelorum? Quid dicunt de isto
deo israel. quia deus est illius populi de quo venit semen in quo be- +Cur solum non colunt.
nedicerentur omnes gentes? +Cur ei non credunt? qui alios deos — qui omnes deos colen-
falsos et ostendit et evertit? Audivi quendam eorum dicere se le- — dos esse contendunt?
gisse nescio apud quem philosophum: quod ex eis que iudei
in suis sacramentis agerent intellexisset quem deum colerent.
Prepositum igitur elementorum istorum quibus iste visibilis et corporeus
mundus extructus est. cum in scripturis sanctis prophetarum eius aperte
ostendatur. illum deum colendum preceptum esse populo israel qui fecit celum
et terram. et a quo est omnis vera sapientia. Sed quid opus est
hic diutius disputare. cum ad id quod ago sufficiat quod illi
qualibet presumptione opinantur de illo deo quem deum esse
negare non possunt? Si enim prepositus est elementorum quibus mundus
iste consistit? cur non ipse potius colitur quam neptunus. qui solius
maris prepositus est. quam denique silvanus. qui solorum agrorum
atque silvarum. quam sol. qui solius diei vel etiam universi celestis
caloris. quam luna. que solius noctis vel etiam humoris potes-
tate prefulget. quam iuno. que solum aerem perhibetur tenere? Certe

eum isti preter compositum quodcumque sit, necesse est ut sub illo sit qui omnium elementorum et universe huius molis compositionem gerit. At iste omnes illos coli prohibet. Cur ergo omnes isti contra preceptum maioris illorum non solum eos coli voluerunt, sed propter istos illum noluerunt? Adhuc non inveniunt quid de isto deo israel constanter legendoque pronuncient: nec umquam invenient donec eum inveniant deum solum verum a quo creata sunt omnia. Proinde quidam lucanus eorum magnus in carmine declaravit, credo et ipse diu querens. sive per suas cogitationes. sive per suorum libros. quisnam esset iudeorum deus: et quia non pie querebat non inveniens. maluit tamen incertum deum quem non inveniebat. quam nullum deum dicere: cuius tam magna documenta sentiebat. Ait enim. Et dedita sacris incerti iudea dei. Et nondum iste deus sanctus et verus deus israel. nondum per christi nomen tanta in omnibus gentibus fecerat. quanta usque in hodiernum diem post lucani tempora consecuta sunt. Nunc vero quis tam durus qui non flectatur? Quis tam tepidus qui non ignescat? Impletur enim quod scriptum est, quia non est qui se abscondat a calore eius: et clarissima luce manifestatur que in eodem psalmo unde versiculum istum commemoravi tanto ante predicta sunt. Celorum enim nomine apostoli christi significati sunt, quod in eis deus presidet ut evangelium annunciaret. Iam ergo celi enarraverunt gloriam dei: et opera manuum eius annunciavit firmamentum. Dies diei eructat verbum: et nox nocti indicat scientiam. Iam non sunt loquele neque sermones: quorum non audiantur voces eorum. Iam in omnem terram exivit sonus eorum: et in fines orbis terre verba eorum. Iam in sole. hoc est in manifestatione posuit tabernaculum suum. hoc est ecclesiam ipsius: quia ut hoc faceret, ipse sicut ibi sequitur. tamquam sponsus processit de thalamo suo: id est coniugatum verbum carni humane. processit de utero virginali. Iam exultavit ut gigas et cucurrit viam. Iam a summo celi egressio facta est: et recursus eius usque ad summum celi. Et ideo verissime sequitur versus quem paulo ante commemoravi. et non est qui se abscondat a calore eius. Et adhuc

isti fragiles contradictiunculas garrientes . eligunt isto igne sicut stipula in cinerem verti . quam sicut aurum a sorde purgari : cum et deorum falsorum tam fallacia monimenta et frustrata sint . et illius incerti dei promissa certa fcã sint. Desinant ergo dicere mali laudatores xpi qui nolunt esse xpiani : quod xps non docuit deos eorum deseri et simulachra confringi . Deus enim israel de quo predictum est quod deus universe terre vocabitur . et deus universe terre iam vocatur . hoc per prophetas vetitum predixit . hoc per xpm congruo tempore implevit . Certe enim si iam deus israel deus universe terre vocatur : necesse est ut fiat quod iussit . quando qui iussit innotuit . Quia vero per xpm et in xpm innotuit . ut ecclesia eius per orbem diffunderetur . et per ipsam deus israel universe terre vocaretur . Paulo superius apud eundem prophetam legant qui volunt . Immo et a me commemoretur . Neque enim ita longum est ut omitti oporteat pretermitti . Dicuntur enim multa de presencia et humilitate et passione xpi et corpore eius cui caput est . id est de ecclesia cum appellatur tempore sterilis que non pariebat . Per multos enim annos ecclesia que futura erat in omnibus gentibus in filiis suis hoc est in sanctis apparuit . nondum xpo annunciato per euangelistas eis quibus non est annunciatus per prophetas . et dicitur plures filias deserte futuras quam eius que habet virum . cum viri nomine significata est lex . vel rex quem accepit primus populus israel : nec acceperunt gentes eo tempore legem quo propheta loquebatur : neque rex xpianorum apparuerat adhuc . ex quibus tamen gentibus longe fertilior et numerosior sanctorum multitudo processit . Ita ergo dicit ysaias incipiens ab humilitate xpi : et se postea convertens ad alloquendam ecclesiam . usque ad eum versum quem commemoravimus ubi ait . Et qui eruit te . ipse deus israel universe terre vocabitur . Ecce igitur intelliget puer meus : et exaltabitur et honorificabitur vehementer . quemadmodum multi mirabuntur super te . Sic tamen et inhonestum videbitur ab hominibus species tua : et honor tuus ab hominibus . Ita cum mira-

nō hat tirsla

būt gētes mlt̃e sup eū et ɔtinebūt reges os suū: qm̄ qb̄z
nūciatū nō est de illo videbūt. et qui nō audierūt itelligēt.
Dn̄e qs credidit auditui nr̄o? et brachiū dn̄i cui revelatū
est? Annūciauim9 corā illo ut puer et radix ī tra sitienti. nō
est spēs illi neqȝ decor? et vidim9 illū. et nō habuit spēm
neqȝ decorē: sed vultus ei9 abiectus. et deformis positio ei9
ab oībȝ hoībȝ. homo ī plaga et qui sciat ferre īfirmitates
ꝓpt' qd' et avertit se facies ei9. iniuriata est neqȝ magni
estimata. Hic īfirmitates portat. et ꝓ nobis ī dolorib9
est: et nos existimauim9 eū illū ī dolorib9 esse. et ī pla/
ga ⁊ ī pena. Ipē aūt vulneat9 est ꝓpt' pc̄ca nr̄a: et īfir/
matus est ꝓpt' iniqtates nr̄as. Erudicio pacis nr̄e ī eū:
livore ei9 sanati sum9. Oēs ut oves erravim9. et dn̄s
tradidit illū pro pc̄cis nr̄is: et ipē qm̄ male tractat9
est. nō aperuit os. Ut ovis ad īmolandū ductus est:
et ut agn9 ante eū qui se tondet fuit sine voce: sic
nō aperuit os suū. In humilitate iudiciū ei9 sublatū est.
Generatione eī qs enarrabit? Qm̄ tolletur de tra vita
eius. ab iniqtatib9 ppli mei ductus est ad mortē. Da/
bo ergo malos ꝓpt' sepulturā ei9. et divites ꝓpt' mortē
ei9: et ob hoc qd' iniquitatē nō fecit neqȝ dolus est ī
ore suo. Dn̄s vult purgare illū de plaga. Si dederitis
vos ob delicta aīam vr̄am" vr̄a: videbitis semē lon/
gissime vite. Et vult dn̄s auferre aīam ei9: ostendere
illi lucē ⁊ figurare ꝑ sensū. iustificare iustū bene
servientē plurib9: et pc̄ca illoꝝ sustinebit. Ppterea ipē
hēditabit plēs: et fortiū partiet' spolia. Ppt' qd' tra/
dita est aīa ei9 ad mortē. et inter iniqs estimata est.
et ipē pc̄ca mltoꝝ sustinuit. et ꝓpt' iniqtates eoꝝ tra/
ditus est. Delectare sterilis que nō paris. exulta et
clama que nō pturis: qm̄ mlti filii deserte magis
q̄ eius que habet virū. Dixit aūt dn̄s. Dilata locū ta/
bernaculi tui. ⁊ aulas tuas ɔfige: nō est qd' pcas. Por/
rige longi9 funiculos. et palos validos ɔstitue: etiā atqȝ
etiā ī dexterā atqȝ sinistrā ꝑte extēde. Semē eī tuū
hēditabit gētes: et civitates que deserte erāt īhabi/
tabis. Non est qd' metuas. ꝑvalebis eī: nec erubescas

quod detestabilis fueris. + confusionem ei in perpetuum obliviisceris
ignominie viduitatis tue non eris
memor. dominus enim sum qui facio te. Dominus nomen eius: et qui eruit
te ipse deus israel universe terre vocabitur. Quid contra hanc evidentiam
expressionemque verum predictarum et impletarum dici potest?
Si de Christi divinitate discipulos eius putant esse mentitos? Numquid
quid de Christi passione dubitabunt? Resurrexisse nolunt credere.
At illa omnia ab hominibus humana professu etiam libenter credunt: quia
hominem tantummodo credi volunt. Ille itaque sicut ovis ad immo
landum ductus est. ille cum iniquis reputatus. ille vulneratus
propter peccata nostra. cuius livore sanati sumus. cuius facies iniuria
ta est. nec magni estimata. palmis cesa et sputis illita.
cuius deformis in cruce positio. ille ab iniquitatibus populi israel
ductus ad mortem. ille qui non habebat speciem neque decorem quando
colaphis percutiebatur. quando spinis coronabatur. quando pedes irri
debatur. ille + qui sicut agnus coram tondente non habet vocem sic
non aperuit os suum. et cum ei diceretur ab + insultantibus prophetiza
nobis Christe. nempe iam exaltatus est iam honorificatus est
vehementer. nempe iam mirantur gentes multe super eum. iam con
tinuerunt reges os suum quo adversus christianos leges promulga
bant. nempe quibus non est nunciatum de illo. iam vident. et qui non au
dierunt iam intelligunt: quoniam gentes quibus non nunciaverunt prophete
magis ipse videt quam vera nunciata sunt per prophetas. et qui non audie
runt ipsum ysaiam loquentem. iam in libris eius de quo sit ista locutus
intelligunt. Nam in ipsa gente iudeorum quis credidit auditui prophetarum?
Aut brachium domini. quod est ipse Christus qui per eos annunciabatur cui
revelatum est. quando manibus suis ea scelera in Christo admittebant
que futura predixerant prophete quos habebant? Nempe iam here
ditate possedit multos. et fortium partitur spolia: cum ea que
dyabolus possidebat et demones. et per ecclesiarum suarum fabricam
et quoslibet necessarios usus. illis expulsis perditisque distri
buit. Quid ergo ad hec dicunt perversi laudatores Christi. et christia
norum obtrectatores? Numquid ut ista per prophetas tanto ante pre
dicerentur Christus magicis artibus fecit? Aut discipuli eius ista
finxerunt. ut dilataretur ecclesia diffusa per gentes. quondam steri
lis. mater in pluribus filiis quam illa sinagoga. que legem sine
lege tamquam virum acceperat? Numquid ut sic dilataret locum taber
naculi sui. omnes nationes et linguas occupans. ut loquimur quam co

mani imperii iura tendit usque ad persas et medos aliasque bar
baras gentes funiculos porrigat: ut in dextera per veros
christianos et in sinistra per fictos in tam multis populis nomen eius
extendat. ut semen eius hereditaret gentes: ut ciuitates que
a vero dei cultu et a vera religione deserte fuerant iam
nunc inhabitet: ut non timeat hominum minas et furias. que
in sanguine martirum tamquam honore purpureo vestiebatur: ut
preualeat tam multis tamque vehementibus et potentibus persecutoribus
suis: ut non erubescat quod detestabilis fuit. quando magnum
erat crimen fuisse uel esse christianum: ut confusionem in eternum ob
liuiscatur. quia ubi habundauit peccatum. superhabundauit gratia:
ut ignominie viduitatis sue memor non sit. quia paululum
derelicta. opprobrio subiecta. tam eminenti gloria reflorescit:
numquid postremo ut dominus qui fecit eam et a dominatu dyaboli et
demonum eruit eam. ipse deus israel uniuerse terre iam vocetur
discipuli christi finxerunt: quod prophete quorum libri nunc in ma
nibus inimicorum christi habentur. tam longe antequam christus filius hominis
fieret predixerunt? Hinc ergo intelligant quod nec tardissimis
quidem atque obtusissimis obscurum dubiumve relinquitur. Hinc igitur intel
ligant christi peruersi laudatores. christiane religionis execratores
etiam discipulos christi contra deos eorum ea didicisse atque docuisse
que doctrina continet christi: quia deus israel qui hec omnia que isti cole
re volunt abhominanda atque euertenda in libris propheticis precepisse
se inuenitur. ipse deus uniuerse terre sicut tanto ante promisit per christum
et per christi ecclesiam iam vocatur. Quem et christum misera dementia
suspicantur deos eorum coluisse: ac per hos cum tanta potuisse?
numquid et deus israel deos eorum coluit. qui de se per omnes gentes co
lendo. et de illis abhominandis atque euertendis per christum quod
promisit impleuit? Ubi sunt dii eorum? Ubi vaticinia phana
ticorum et diuinationes phitonum? Ubi auguria uel auspicia
uel aruspicia uel oracula demonum? Cur non proferunt ex
istiusmodi antiquis libris admonitum aliquid et predictum contra
christianam fidem. et contra propheticam nostrorum expressam iam in omnibus gen
tibus veritatem? Offendimus inquiunt deos nostros et deseruerunt
nos. ideo aduersus nos christiani preualuerunt: et humanarum
felicitas rerum depressa ac diminuta dilabitur. Hoc sibi

Paganos certe fuisse eversorum legat ex libris vatum suorum sed ea legat ubi si non xps quia cum deorum suorum voluit fuisse cultorem. saltem deus ipsis improbatus et detestatus sit. quod constat istorum eversorem. Sed numquam hoc proferret: nisi quod modo forte confinxerit. Quod cum protulerit. apparebit ex ipso certe quod tanta res tam ignote proferretur. quod utique debuit antequam hoc predictum accidisset in deorum templis omnium gentium recitari. ut prestrueret et moneret quod nunc noluit esse xpianum. Deinde quod de felicitatis rerum humanarum diminutione per tempora xpiana conqueruntur si libros philosophorum suorum legat ea reprehendentium que nunc eis recusantibus et murmurantibus subtrahuntur: tunc vero magnam laudem reperiet temporum xpianorum. Quod enim eis minuitur felicitatis nisi quod pessime luxuriose que abutebantur in magnam creatoris iniuriam? Nisi forte hinc sunt tempora mala: quia per omnes pene civitates theatra caveae turpitudinum. et publice professiones flagitiorum cadunt. et fora vel moenia in quibus demonia colebantur. Unde enim cadunt. nisi inopia rerum. quarum lascivo et sacrilego usu constructa sunt? Nonne cicero eorum cum quendam laudaret histrionem. ita peritum dixit ut solus esset dignus qui in scenam deberet intrare. ita vero bonum ut solus esset dignus quod eo non deberet accedere? quid aliud aptissime ostendens. nisi illam scenam esse tam turpem. ut tanto minus ibi homo esse debeat. quanto fuit magis vir bonus? Et tamen dii eorum tali dedecore placabantur: quale a viris bonis removendum esse censebant. Est etiam hinc eiusdem ciceronis aperta confessio: ubi ait sibi floram matrem ludorum celebritate esse placandam. In quibus ludis tanta turpitudo exhiberi consuevit: ut in eorum comparatione ceteri honesti sint. a quibus tamen etiam ipsis agendis viri boni prohibentur. Que est ista flora mater? Qualis dea est. quam celebrior et habenis effusionibus laxata conciliat et propitiat turpitudo? Quanto iam honestius in scenam roscius intrabat quam cicero deam talem colebat. Si diminuta rerum copia que in hec celebranda fundunt: dii gentium offenduntur: apparet quales

sint qui talibus delectantur. Si autem ipsis iratis ista minuuntur.
vel illis irascuntur quibus placent. Quapropter aut philosophos suos ar-
guant qui talia in luxuriosis hominibus reprehenderunt. aut deos suos
frangant qui talia de suis cultoribus exegerunt: si tamen iam inve-
niunt vel quos frangant vel quos abscondant; christianorum vero temporibus
defensum verum scandalum quod in turpia et noxia defluebat blas-
phemando imputare desistant: ne magis unde nos amplius
christi potestas laudetur admoneat. Multa hic dicere. nisi me
iam librorum istorum concluderet. atque ad propositum intentionem redire sus-
cepti operis necessitas cogeret. Cum enim evangelicas questiones
ubi videtur quibusdam quattuor evangeliste non inter se consentire.
solvere aggrederer. ut potui expositis intentionibus singulorum.
primo michi discutiendum occurrit quod nonnulli querere solent.
cur ipsius christi scripta nulla proferamus. Ita enim volunt et ipsum
credi nescio quid aliud scripsisse quod diligunt. nichilque sensisse
contra deos suos. sed eos potius magico ritu coluisse.
et discipulos eius non solum de illo fuisse mentitos. dicendo
illum deum per quem facta sunt omnia cum aliud nichil quam homo fuerit.
quamvis excellentissime sapientie: verum etiam de diis eorum non
hoc docuisse quod ab illo didicissent. Unde factum est ut eos de
deo israel potius urgeremus. qui per ecclesiam christianorum ab omnibus gen-
tibus colitur: et istorum sacrilegas vanitates ubique evertit. sicut
tanto ante per prophetas suos predixit. et per christi nomen in quo be-
nedici omnes gentes promiserat. ea que predixit implevit. Ex quo
intelligere debent neque christum aliud de diis eorum vel nosse vel docere
potuisse: quam deus israel per prophetas iussit atque predixit. per quos ipsum
christum promisit et misit. In cuius nomine secundum pollicitationem
quam patribus fecit cum benedicerentur omnes gentes. factum est ut ipse
deus israel universe terre vocaretur: nec discipulos eius a sui
magistri doctrina deviasse. cum deos gentium coli prohibuerunt. ne
vel insensatis simulacris supplicaremus. vel societatem cum
demonibus haberemus. vel creature potius quam creatori reli-
gionis obsequio serviremus. Quapropter cum sit ipse christus sapientia
dei per quam creata sunt omnia, cumque nulle mentes rationales sive
angelorum sive etiam hominum. nisi participatione ipsius sapientes fiant,
cui per spiritum sanctum per quem caritas in cordibus nostris diffunditur inheremus,

que eternitas unius dei est: consultum est divina prudencia mortalibus, quorum temporalis vita in rebus orientibus et occidentibus ~~occidentibus~~ occupata tenebatur, ut eadem ipsa sapiencia [+ dei] ad unitatem persone sue homine assumpto, in quo temporaliter nasceretur, viveret, moreretur, resurgeret, saluti nostre congrua dicendo, faciendo, paciendo et sustinendo, fieret et deorsum hominibus exemplum redeundi, et eis qui sursum sunt angelis exemplum manendi. Nisi enim et in anima rationalis nature temporaliter aliquid oriretur, id est inciperet esse quod non erat: numquam ex vita pessima atque stulta ad sapientem et atque optimam perveniret. Ac per hoc cum rebus eternis contemplantium veritas perfruatur, rebus autem ortis fides credentium debeatur: purgatur homo per rerum temporalium fidem, ut eternarum percipiat veritatem. Ita et quidam eorum nobilissimus philosophus plato in eo libro quem thimeum vocat sic ait. Quantum ad id quod ortum est eternitas valet: tantum ad fidem veritas. Duo illa sursum sunt: eternitas et veritas. Duo ista deorsum: quod ortum est et fides. Ut ergo ab imis ad summa revocemur, atque id quod ortum est recipiat eternitatem, per fidem veniendum est ad veritatem: quia omnia que in contrarium pergunt per aliquod medium reducuntur. Ab eterna iusticia temporalis iniquitas nos alienabat. Opus ergo erat media iusticia temporali: que medietas temporalis esset de imis: iusta de summis. Atque ita se nec abrumpens a summis et congruens imis, ima redderet summis. Ideo xpus mediator dei et hominum dictus est. inter deum inmortalem et hominem mortalem deus et homo, reconcilians hominem deo: manens id quod erat, factus quod non erat. Ipse est nobis fides in rebus ortis; qui est veritas in eternis. Hoc magnum et inenarrabile sacramentum. hoc regnum et sacerdotium antiquis per prophetiam revelabatur: posteris eorum per euangelium predicatur. Oportebat enim ut aliquando in omnibus gentibus redderetur: quod diu per unam gentem promittebatur. Ipse ergo qui prophetias ante descensionem premisit: ipse et apostolos post ascensionem suam misit. Omnibus autem discipulis suis per hominem quem assumpsit tamquam membris sui corporis caput est. Itaque cum illi scripserunt que ille ostendit et dixit, nequaquam dicendum est quod non ipse scripserit. quandoquidem membra eius id operata sunt quod dictante capite cognoverunt. Quicquid enim ille de suis factis et dictis nos legere voluit: hoc scribendum illis tamquam suis

manibus mandauit, Hoc unitatis consortium . et in diuersis officijs concordium membrorum . sub vno capite ministerium quisquis intellexerit: non aliter accipiet quod narrantibus xpi discipulis in xpi euangelio legerit . quam si ipsam manum domini quam in corpore proprio gestabat . scribentem conspexerit . Quobrem illa potius videamus qualia sint . que putant euangelistas sibi scripsisse contraria . quod paruum intelligentibus videri potest: ut hijs questionibus dissolutis . ex hoc quoque appareat illius capitis membra non solum idem sentiendo . verum etiam conuenientia scribendo . in corporis ipsius unitate germanam seruasse concordiam, Explicit liber primus

Incipiunt capitula libri secundi beati augustini episcopi de consensu siue concordia quatuor euangelistarum

Quare vsque ad ioseph generatio xpi commemoratur: cum de illius semine xps non sit natus . sed de virgine maria. ·ij· Quomodo xps sit filius dauid: cum ex ioseph filij dauid concubitu non sit natus. iij. Quare alios progenitores xpi matheus enumerat: alios lucas · iiij · Cur quadraginta generationes excepto ipso xpo inueniuntur apud matheum . cum quatuordecim triplicet. ·v· Quomodo mathei ordini congruat ordo luce: in hijs que de conceptu ~~luce~~ et de infancia uel puericia xpi alius pretermittit . alius commemorat. ·vj· De ordine predicationis iohannis baptiste inter omnes quatuor, vij · De duobus herodibus, viij · Quomodo matheus dicat timuisse ioseph ire cum infante xpo in iherusalem propter archelaum: et non timuisse ire in galileam . vbi erat tetrharcha herodes frater eius. ix · Quomodo dicat matheus ideo in galileam isse ioseph cum infante xpo . quia timuit archelaum pro suo patre regnante in iherusalem: cum lucas dicat ideo isse in galileam . quia ibi erat nazareth ciuitas eorum. x · Quomodo lucas dicit . ibant parentes eius per omnes annos in iherusalem in die solempni pasche . cum illo puero: cum dicat matheus quod metu archelai metuerunt illuc ire ab egipto redeuntes, xi · Quomodo potuerunt completis diebus purgationis matris xpi sicut lucas dicit . ascende

cū illo ī teplū ad pageda solēnia: si sc̄dm matheū iā
heōdi p magos notū ēat cū natū. p quo tū eū q̄rēt
tot occidit īfantes, xij. De vbis iohānis īter oēs qua
tuor, xiij. De baptizato ihesu, xiiij. De vbis vocis que
facta est de celo sup baptizatū ihm, xv. Quod sc̄dm
iohēm euāgelistā dicat iohēs baptista. ego nō nouerā
eū: cū sc̄dm aliū īueniat qd nouerat eū, xvi. De tepta
to ihū, xvij. De vocatioē discipulor piscantiū, xviij.
De tpe secessionis ī galilea. xix. De illo sermoē plixo
q sc̄dm matheū habuit ī mōte, xx. Quomodo dicat ma
theus centurionē ad eū acessisse pro puero suo: cū
lucas dicat. q ad eū amicos miserit. xxi. De socru pet
quo ordiē narratū sit, xxij. De ordiē rerū q̄s post
hec narrāt. vtrū nichil īter se dissentiat. matheus
marcus z lucas, xxiij. De illo q ait dnō. sequr te q̄ +ordiē
cūqz ieris: et alia que iuxta st quo narret a matheo
z luca, xxiiij. De trāsfretatioē eius vbi dormiuit ī na
uicula. et de expulsis demonibus q̄s pmisit ī porcos ire:
quomō ea que gesta st vel dicta st conueniat īt ma
theū marcū z lucā, xxv. De paralitico cui dixit. dimit
tūt tibi pccā. et tolle grabatū tuū: maxie vtrū lucas
vbi hoc factū est. cōueniat īt matheū z marcū. quia
matheus dicit ī ciuitate sua. marcus aūt caphārnaū,
xxvi. De vocatioē q̄ mathei: vtrū marco z luce
qui dicūt leui alphei id ē matheū congruat, xxvij
De conuiuio vbi obiectū est ei. qd cū peccatoribus māducaret,
et qd nō ieiunaret discipli eius. qd videt alis dicē a
quibus vbi obiectū sit: et de vbis corp. respōsis qz dnī. v
trū matheus z marcus. lucasqz cgruat, xxviij.
De filia archisinagogi resuscitata. et muliere q tetī
git fimbriā vestimēti eius: vtrū ordo q dicta st nichil
cuiqz corp aduset a quibus dicta st: et maxie de vbis archi
sinagogi quibus rogauit dnm, xxix. De duobus cecis z
muto demoniaco: qd solus matheus dicit, xxx.
Vbi turbā misertus ~~est~~ misit disciplos suos dans

eis potestatē sanitatū prestādarū. et eis mlta mādauit. ordinās qadmodū viuerēt. ubi qrēdū est qd' mathe9 marcus ⁊ lucas ɔgruāt: maxīe de vga q̄ sc̄dm̄ matheū nō dicit ferēda. sc̄dm̄ aūt marcū ferēda: et de habitu calciamētor atq3 vestiū. XXXI Ubi iohēs baptista misit ad ihm̄ de carcē discipl'os suos: qd' mathe9 ⁊ lucas dicit. XXXII Ubi exprobrauit ciuitatib9 qd' nō egerīt penitēciā. qd' ⁊ lucas dicit: ubi querēdū est qādmodū matheus a luca nō discrepet ī narrādi ordīe. XXXIII Ubi discipli spicas vellētes māducauerīt. qādmodū inter se ɔgruāt mathe9 ⁊ marcus ⁊ lucas ī narrādi ordīe. XXXIIII De illo q° manu arida cū abieret sabbato curatus est. qādmodū narratio mathei cōcordet cū marco ⁊ luca. uel uerū ordīe uel dm̄ et iudeor̄ v'bis: ɔsiderādū vtrū qb isto cui9 manus arida sanata est. ita digradiat' hij tres euāgeliste. vt ī nullo sibi aduersentur ipō narratiōis ordīe. XXXV. De muto et ceco qui demoniū ~~nō~~ habebat. q°modo mathe9 lucasq3 ɔsentiāt. XXXVI Ubi ei dictū est qd' ī beelzebub eicit demonia: qd' ex ipā occasione locutus est de blasphemia adūsus spm̄ scm̄. et de duab9 arborib9: vtrū ī nullo matheus a duob9 aliis maxīe a luca dissentiat. XXXVII. ¶ Qd' respōdit petētib9 signū de iona. et de niniuitis. et de regina austri. et de spū imūdo q° cū exierit ab hoīe redit ⁊ īuenit domū mūdatā. qādmodū matheo lucas cōcrepet. XXXVIII Ubi ei nūciata est mater ⁊ frēs ei9. vtrū marci ⁊ luce ordo nō discrepet. XXXIX. Qd' ex nauicula turbis locutus est. de illo cui9 ī seminādo aliud cecidit ī ~~terra~~ via ⁊ cetera: et de illo cui9 supseminata st̄ zizania: ⁊ de grano sinapis. et fermēto. et qd' ī domo locut9 est de thesauro absco͞ndito ī agro. et de margarita. ⁊ de sagena missa ī mare. et de pferēte de thesauro suo noua ⁊ vetēa. q°modo marco ⁊ luce matheus ɔsociat: uel ī hijs q̄ cū illo dixerit ul' narratiōis ordīe. XL. Qd' uenit ī patriā suā et mirabat' doctnā eī ɔgneg ei9 ɔtēpnerēt: q°modo ɔsentiat marco ⁊ luce mathe9. maxīe vtrū narrādi ordo nichil alicui adūset'. XLI. Quēadmodū inter se ɔueniant ī

mathe9. marc9. & lucas. de vb' herodis cu audisset de mirabilib9 dni : uel de ipo narrationis ordine. xlij. De iohane incluso vl' etia occiso quo ordie de hijs tb9 ad miraculu de qnqz panibus : quo ordie ab oibz & quadmodu dictu sit. i ipo de qnqz panib9 miraculo quadmodu int' se conueniat oes quatuor. xliij. Qd' ambulauit sup aqas. q°modo q' hoc dixerint int' se conueniat : et qm ab illo loco digrediat' vbi turbas de qnqz panib9 pauit. xliiij. Q°modo matheo. marcus. iohes no aduset' i eo qd' ab eis tb9 narrat'. q' post trasfretatu factu sit. xlv. De muliere chananea que dixit. canes edut de micis cadetib9 de mesa dnoz suoz. q°modo int' se matheus lucas qz osentiat. xlvi. Cu de septe panibus pauit turbas. vtru int' se matheo marcusqz conueniat : qd' dicit matheus inde cu veisse i ptes magedan. q°modo ogruat marco. i eo qd' petentib9 signu respondit iteru de iona. xlvij. De fermento phariseoz q°mo cu marco oueniat uel re uel ordine. xlviij. Cu interrogauit discipulos que illu dicerent hoies : vtru nichil int' se repugnet matheus marcus lucas reb9 aut ordie. xlix. Vbi pnunciauit discipulis passione sua. que sit inter matheu. marcu ouenientia. l. Vbi subiungit ide tres qm pcepit dns vt post eu q' voluerit veiat. qua se oordat. li. Qd' se dns i mote tb9 discipulis ostedit cu moyse & helya. quo modo int' se ogruat tres isti ordie & reb9 : et maxie ppt nume dieru. qr matheus & marcus dicut post sex dies fcm. qd' lucas post octo. lij. Vbi de aduentu helye locutus est eis. que sit conuenientia int' matheu & marcu. liij. De illo q' obtulit filiu suu qd' discipuli sanare no potuerit : quadmodu tres isti osentiat etia ordie narrationis. liiij. Vbi de passioe sua cu eis disputasset qestati st. qd' tres ipi eode ordie omemorat. lv. Vbi de ore piscis soluit tributu. qd' solus matheus dicit. de puero paruulo que posuit in medio. de scandalis mudi. de mebris corporis scandali

zatibus, de angelis paruulorum qui vident faciem patris. de vna
oue ex ouibus centum. de fratre corripiendo in secreto. et
de soluendis ligandis que peccatis. de concordia duorum et de
ggregatione trium. ~~de seruo cui dimissum est multum~~
~~debitum~~ et de dimittendis peccatis vsque ad septuagies
septies. de seruo cui dimissum est multum debitum et ipse
paruum non dimisit conseruo. quemadmodum matheus ceteris
non repugnet. lvi. Quando interrogatus est. vtrum liceat
dimittere vxorem: quemadmodum inter se consentiat matheus
et marcus: maxime de ipsis interrogationibus vel domini vel
iudeorum atque responsis in quibus videntur aliquantulum varia
re. lvii. De paruulis quibus manus imposuit: de diuite
cui dixit. vende omnia tua: de vinea quo conducti sunt
operarij per horas diuisas. quemadmodum matheus duobus aliis
non repugnet. lviii. Vbi secreto duodecim discipulis
suis de passione sua predixit. et mater filiorum zebe
dei cum filijs suis petiuit. vt vnus eorum ad dexteram eius. et
alius ad sinistram sederet: quomodo matheus aliis duobus
non repugnet. lix. De cecis ihericho illuminatis: que
admodum non aduersetur matheus marcus et lucas.
lx. De asine pullo: quomodo matheus ceteris con
gruat quod solum pullum commemorat. lxi. De expul
sis templo vendentibus et ementibus: quemadmodum tres isti
non repugnent iohanni. qui hoc valde longe alibi dicit.
lxii. De arefacta arbore ficulnea et quod iuxta
narrata sunt. quemadmodum non repugnet matheus ce
teris: et maxime marco de ordine narrationis. lxiii
Cum dominum interrogauerunt iudei in qua potestate illa fa
ceret: quomodo inter se consentiant isti tres. lxiiii
De duobus quibus imperauit pater ut iret in vineam. et
de vinea que locata est aliis agricolis: quomodo non
aduersetur matheus illis duobus cum quibus eundem ordinem
tenet: et maxime in hac parabolam quam omnes tres dicunt
de vinea locata. propter responsionem eorum quibus dicebatur

vbi aliquantulum videtur variare. lxv De nuptiis
filii regis ad quas turbe inuitate sunt. quem matheus
ordinem tenuerit. preter lucam qui iam alibi dixit. lxvi.
De nummo cesari reddendo cuius habeat ymaginem. et de
muliere que septem fratribus nupserat: quemadmodum
tres isti concordant. lxvii De illo cui commendata sunt duo
precepta dilectionis dei et proximi: quis ordo sit narrationum
et mathei et marci. ne a luca discrepare videantur.
lxviii. Quod iudei interrogantur de christo. cuius filius eis
videatur. utrum non repugnet matheus aliis duobus:
quia secundum istum dicitur. quid vobis videtur de christo cuius est filius.
cui responderint dauid: secundum illos autem quomodo dicunt scribe
christum esse filium dauid. lxix De phariseis sedentibus
super cathedram moysi et dicentibus que non faciunt. cete-
risque in eosdem phariseos ~~dictis~~ a domino dictis. utrum ser-
mo mathei congruat aliis duobus; et maxime luce qui
non hoc ordine. sed alibi similem commemorat. lxx.
Cum prenunciauit templi euersionem: quomodo aliis duobus
narrandi ordine congruat. lxxi. De sermone quem
habuit in monte oliueti. querentibus quando erit. lxxii + discipulis
Quod commemorant matheus et marcus ante biduum futu-
re. et post dicunt quod in bethania fuit: quomodo non
repugnet iohanni qui cum ipsis narrat hoc idem quod factum
est in bethania et dicit ante sex dies pasche. lxxiii
De cena in bethania vbi mulier vnguento precioso
dominum perfudit. quomodo inter se congruant. matheus. marcus.
iohannes. et quomodo luce non adiungentur tale aliquid
alio tempore commemorantis. lxxiiii Vbi mittit discipulos
vt preparent ei manducare pascha: quomodo inter se con-
gruant matheus. marcus et lucas. Expliciunt capitula

Incipit liber secundus beati augustini episcopi doctoris exi-
mii de consensu quatuor euangelistarum. Capitulum primum

Quoniã sermone nõ brevi & admodũ necessario quẽ libro vno cplexi sumus. refutauimus eoꝝ vanitatẽ. qui discipulos xpi euãgeliũ cscribẽtes idcirco cõtẽpnẽdos putãt. quia ipĩ9 xpi quẽ licet nõ vt deũ. tamẽ vt hoĩem sapiẽtia longe pre ceteris excellentem honorandũ esse non dubitãt. nulla scripta — ferũt a nob. et eũ talia scripsisse videri volũt. qualia puersi diligũt. nõ qualibus lectis & creditis a puersitate corrigi possũt. nũc iã videam9 ea que quatuor euãgeliste de xpõ scripserũt. queadmodũ sibi vel inter se cgruãt. ne ꝙ quid ex hoc ĩ fide xpiana offendiculĩ patiant. qui curiosiores ꝙ capaciores sũt qð nõ vtrũqꝫ plectis. sed qsi diligẽtius ꝑscrutatis euãgelicis libris ĩconueniẽtia quedã et repugnãtia se deprehẽdisse existimãtes. magis ea cõtentiose obiectãda. ꝙ prudẽter csiderãda esse arbitrant. Matheus euãgelista sic exorsus est. Capitulũ primũ

Liber generatiõis ihũ xpi filij dauid: filij abrahã. Quo exordio suo. satis ostendit generatione xpi sc̃dm carnẽ se suscepisse narrandam, Secũdũ hãc eñ filius hoĩs est ^xpc. Quod etiã ipẽ sepissime se appellat: cõmendãs nobis qð misericorditer dignatus est esse pro nobis. Nã illa supna et et̃na generatio. sc̃dm quã fili9 dei est vnigenitus ante oẽm creaturã. quia ꝑ ipm oĩa fc̃a sũt. ita ĩeffabilis est: vt de illa dictũ a ꝓpha ĩtelligat. generatione ei9 qs enarrabit? · ij ·

Exequit̃ ergo humanã generatione xpi matheus ab abrahã generatores cõmemorãs: q̃s pducit ad ioseph virũ marie de qua natus est xps. Neqꝫ eñ fas erat. vt eũ ob hoc a cõiugio marie separãdũ putaret: qð nõ ex ei9 cõcubitu. sed virgo peperit xpm. Hoc eñ exẽplo magnifice ĩsinuat̃ fidelibus cõiugatis. etiã seruata pari cõsensu cõtinẽtia posse ꝑmanẽ. vocariqꝫ cõiugiũ nõ ꝑmixto corpis sexu. sed custodito mẽtis affectu: ꝑsertim quia nasci eis etiã filius potuit sine illo cplexu carnali. qui ꝓpter solos gignẽdos filios adhibẽdus est. Neqꝫ eñ ꝓpterea nõ erat appellandus ioseph pater xpi. quia nõ eũ

concubitu genuerat, quandoquidem pater recte esset etiam eius. quem
non ex sua coniuge procreatum aliunde adoptasset. Putabatur
quidem xpistus etiam aliter filius ioseph. tamquam eius omnino carne
progenitus: sed ab eis hoc putabatur quos marie latebat
virginitas. Nam lucas ait.
Et ipse ihesus erat incipiens quasi annorum triginta. ut puta-
batur filius ioseph. Qui tamen lucas non eius parentem
solam mariam: sed ambos parentes eius appellare minime
dubitavit ubi ait. Puer autem crescebat et confortabatur plenus
sapientia: et gratia dei erat in illo. Et ibant parentes eius per omnes
annos in ihrlm: in die solenni pasche. Sed ne quisquam hic paren-
tes eius consanguineos potius marie cum ipsa matre eius
intelligendos putet? quid ad illud respondebit. nisi quod idem
ipse lucas superius dixit. et erat pater eius et mater mirantes
super hiis que dicebantur de illo? Cum igitur ipse narret non ex
concubitu ioseph sed ex maria virgine natum xpistum? unde eum
patrem eius appellat. nisi quia virum eum marie recte
intelligimus sine commixtione carnis ipsa copulatione coniugii?
Et ob hoc etiam xpisti patrem. multo coniunctius qui ex eius
coniuge natus sit: quam si ei esset aliunde adoptatus. Un-
de manifestum est illud quod ait. sicut putabatur filius ioseph.
propter illos dixisse. qui eum ex ioseph sicut alii homines nascuntur
natum arbitrabantur. Ac per hoc etiam si demonstrare aliquis
posset mariam ex dauid nullam consanguinitatis originem
ducere. satis erat secundum istam rationem accipere xpistum filium
dauid. qua ratione etiam ioseph pater eius recte appellatus
est. quanto magis [cum] evidenter dicat apostolus paulus. ex semi-
ne dauid secundum carnem xpistum: ipsam quoque mariam de stirpe
dauid aliquam consanguinitatem duxisse. dubitare utique
non debemus. Cuius femine quoniam nec sacerdotale genus tacetur.
insinuante luca. quia cognata eius esset elizabeth. quam
dicit de filiabus aaron: Firmissime tenendum est carnem
xpisti ex utroque genere propagatam. et regum scilicet
et sacerdotum: in quibus personis apud illum populum hebreorum
etiam mistica unctio figurabatur. id est. crisma. unde

xpi nomē elucet. tanto etiā ista euidentissima significatioē
Quos aūt mouet qđ alios pgeni[tores] prenunciatū . iij.
torꝰ matheus enumerat descendens a dauid
vsq3 ad ioseph: alios aūt lucas ascēdens a ioseph vsq3 ad
dauid: facile est aduertat duos pres habere potuisse io/ + vt
seph. vnū a quo genitus. alterū a quo fuerit adoptatꝰ. Reiteratum est
Antiqua eī ɔsuetudo adoptandi etiā ī illo pplo dei. vt sibi
filios faceret qs ipi nō genuissent. Nā excepto qđ filia
pharaonis moysen adoptauerat. illa qppe alienigena
fuit: ipe iacob nepotes suos ex ioseph natos. vbis mani/
festissimis adoptauit dicēs. Nunc itaq3 filij tui duo qui
facti st tibi pusqȝ ad te venirē mei st. effraim & manas/
ses: tanqȝ rubē & symeon erūt michi. Alios aūt si genueris
postea: erūt tui. Vnde etiā fcm est. vt duodecī tribus
essent isrl'. excepta tribu leui. que teplo seruiebat. Cū
ea qppe tredecī fuerūt: cū duodecī fuissent filij iacob. Vnde
itelligit lucas prem ioseph. nō a quo gėitus. s3 a quo
fuerat adoptatus. suscepisse ī euāgelio suo: cuiꝰ pgenito/
res sursū versus ɔmeorāret. donec exiret ad dauid.
Cū eī necesse sit vtroq3 euāgelista vera narrante.
et matheo scilicet & luca. vt vnꝰ eoꝝ eiꝰ pris originem
tenuerit qui genuerat. alter eiꝰ qui adoptauerat ioseph.
quē pbabilius itelligimꝰ adoptātis originē tenuisse.
qȝ eū qui noluit ioseph genitū dicere ab illo. cuiꝰ eū
filiū esse narrabat. Comodius eī filius eius dictus
est a quo fuerat adoptatus. qȝ diceret ab illo genitus
cuiꝰ carne nō erat natus. Matheus aūt dicēs abrahā
genuit ysaac. ysaac genuit iacob: atq3 ita ī hoc verbo
qđ est genuit. pseuerans. donec ī vltimo diceret. iacob
aūt genuit ioseph. ~~virū marie~~. satis expressit ad eū
se prem pduxisse ordinē generatiū. a quo ioseph nō
adoptatus. sed genitus erat. Cū si etiā lucas genitū
diceret ioseph ab hely. nec sic nos hoc verbū pturbare
deberet. vt aliud crederemꝰ qȝ ab vno euāgelista gig/
nētē. ab altero adoptantē prem fuisse ɔmeoratū. Neq3
enī absurde qsq3 dicit nō carne sed caritate genuisse.

que filiu sibi adoptauerit. Aut vo etia nos qb9 dedit de9
potestate filios dei fieri: no de natura et sbstatia sua
nos genuit sicut vnicu filiu suu. sed vtiq3 dilectioe adop
tauit, Quo verbo apls sepe vti no ob aliud itelligit', nisi
ad discernedu vnigeitu ante oem creatura p que facta
st oia, qui solus de sbstatia pris natus est scdm equalita
te pris hoc oino qd' pr. que missu dicit ad suscipieda car
ne ex illo genere quo et nos scdm natura nram sumus.
vt illo pticipate mortalitate nram p dilectione. nos effi
ceret pticipes diuinitatis sue p adoptione, Ita ei dicit, Cu
at venit pleitudo tpis. misit deus filiu suu factu ex mu
liere fcm sub lege. vt eos q sb lege erat redimeret: vt adop
tione filioz recipem9. Et tame dicimur etia nati ex deo.
id est. accepta ptate vt filij ei9 efficiamur qui ia homies
eramu9: efficiamur at p gram no p natura, Na si p na
tura filij essemus: nuq alud fuissem9. Cu ei dixisset
iohes. dedit eis potestate filios dei fiei. hijs q credut in
noie ei9: secutus ait, Qui no ex sanguib9. neq3 ex volunta
te carnis. neq3 ex volutate viri: sed ex deo nati st. Ita qs
dixit accepta potestate factos dei filios. qd' illa adoptio sig
nificat qua paulus comeorat: eosde dixit natos ex deo.
Atq3 vt aptius ostederet qua gratia fcm sit: et vbu igt
caro fcm est et habitauit i nobis. Tanq dicet. Qd miru si
filij dei facti st cu caro essent?. pter quos vnicus caro fac
tus est cu vbu esset?. Hac sane magna distatia. quia
nos effecti filij dei mutamur i melius: ille at fili9 dei
cu fili9 hois factus esset. no est mutatus i deterius. sed
assupsit qd' erat iferius. Dicit et iacob9. Volutarie genuit
nos vbo veritatis: vt simus iitiu aliqd' creature eius. Ne
scilicet i eo qd' ait genuit. hoc nos fiei putaremus quod
ipe est: ideo principatu queda i creatura nobis hac adop
tioe cessu satis ostedit. No ergo alienu esset a veritate
etia si lucas ab illo esse ioseph genitu diceret. a quo fue
rat adoptatus. Sic quippe genuit eu. no vt homo esset.
sed vt filius esset: sicut nos deus genuit vt filij ei9 simus

+ vt videret qb9 causis vnus
homo duos prēs habēe potuerit. Hoc ⁊ illis calūpniosis occurrerēt.
q̊s fecerat vt hoīes essem9. Vnicū aūt genuit nō solū vt filius
esset qd' pater nō est: sed etiā vt deus esset qd' et pater. Sed
plane si hoc v̓bo etiā lucas vteretur. ōimodo esset ambiguū
q̊s eorꝝ adoptante. q̊s ex ꝓpria carne gignente prēm cōmemorasset:
quomodo ⁊ si neuter eorꝝ diceret genuit. sed et iste cū filium
illi9 diceret. nichilominus esset ambiguū q̊s eorꝝ illū de quo
natus. quis illū a quo adoptatus erat cōmemorasset. Nunc
v̓o cū alter dicat. iacob genuit ioseph. alter ioseph qui fuit
filius hely: etiā ipā v̓borꝝ differētia q̊d singuli suscepissent
eleganter intimauerūt. Sed hoc facile sane vt dixi posset
occurrere homi religioso: qui qd'libet aliud querēdū potius
iudicaret. q̄ euāgelistā crederet esse mētitū. Facile ingr̄
occurrerēt + nisi litigare q̄ considerare maluissent. iiij.

+ Illud aūt qd' deīceps īsinuandū est. reuera vt aduerti et
videri posset. lectorē attētissimū ⁊ diligētissimū requirebat. Acute q̄ppe āiaduersū est matheū. qui regiā ī xp̄o
īstituerat īsinuare ꝑsonā: excepto ip̄o xp̄o. quadraginta
hoīes ī generationū serie nominasse. Numerus autē
iste tēpus illud significat. quo ī hoc sc̄lo et hac terra regi nos oportet a xp̄o: scdm disciplinā laboriosā qua flagellat deus vt sc̄ptū est oēm filiū quē recipit. De qua dicit apl's ꝑ t'bulationē nos oporte īträre ī regnū dei.
Quā significat etiā illa v̓ga ferrea de qua ī psalmo legit'. reges eos ī virga ferrea: cū superius dixisset. ego
aūt cōstitutus sū rex ab eo sup syon mōtē scm eius. Reguntur etiā boni ī v̓ga ferrea: de quib9 dicit'. Tēpus est ut iudiciū īcipiat a domo dnī. Et si īiciū a nobis q̊ qualis finis
erit eis qui nō credūt euāgelio. Et si iustus vix saluabitur q̊ peccor ⁊ īpius vbi parebūt. Ad q̊s ꝑtinet qd' sequit'.
tanq̄ vas figuli conteres eos. Regūt' eī boni ꝑ hāc disciplinā. mali cōminuūt': qui tanq̄ idcipsi cōmemorat' ꝓpt' vna
atq; eadē sacramēta que habēt coīa mali cū bonis. Quia
ergo nūs iste laboriosi hui9 tp̄is sacramētū est. quo sub disciplina regis xp̄i aduersus dyabolū dimicam9. etiā illud
declarat qd' quadraginta dierū ieiuniū. hoc est humiliatione aīe cōsecrauit. et lex ⁊ ꝓphete ꝑ moysen et helyā
qui quadraginta dieb9 ieiunauerūt. euāgeliuq; ꝑ ipi9

domini ieiunium. quibus diebus quadraginta etiam temptatur a dyabolo?
quid aliud quam per omne huius seculi tempus temptationem nostram in sua carne
quam de nostra mortalitate assumere dignatus est prefigurans?
Post resurrectionem quoque non amplius quadraginta cum discipulis + quam dies
in hac terra esse voluit. huic eorum vite adhuc humane conversationi
commixtus. et cum illis alimenta mortalium quamvis iam non moriturus
accipiens: ut per ipsos quadraginta dies significaret se occulta
presentia quod promiserat impleturum. quando ait. Ecce ego vobis-
cum sum usque ad consummationem seculi. Cur autem iste numerus hanc temporalem vi-
tam terrenamque significet. illa interim causa de proximo occurrit. quod tempori-
bus sit alia fortasse secretior? quod et tempora annorum quadripertitis
vicibus currunt. et mundus ipse quatuor partibus terminatur: quas
aliquando ventorum nomine scriptura commemorat. ab oriente et occidente.
aquilone et meridie. Quadraginta autem. quater habet decem.
Porro ipsa decem ab uno usque ad quatuor progrediente numero con-
summantur. Ad hunc igitur mundum et ad istam terrenam mortalemque
vitam hominum. ac nos regendos in temptatione laborantes. venientem
regem Christum matheus suscipiens: exorsus est ab abraham. et
numeravit quadraginta homines. Ab ipsa enim gente hebreorum. que
a ceteris gentibus ut distingueretur deus de terra sua et de cog-
natione sua separavit abraham. Christus venit in carne: ut et hoc
ad eum distinctius complectendum et prenunciandum maxime pertineret
quod promittebatur ex qua esset gente venturus. Cum enim quaterde-
nas generationes tribus distinxisset articulis. dicens ab abra-
ham usque ad david generationes esse quatuordecim. et a david
usque ad transmigrationem babylonis alias quatuordecim. totidemque
alias usque ad nativitatem Christi. non tamen eas ducit in summam
ut dicat fiunt omnia quadraginta due. Unus enim quippe in illis progenim-
toribus bis enumeratur. id est iechonias. a quo facta est quedam
in extraneas gentes deflexio. quando in babiloniam transmigra-
tum est. Ubi autem ordo a rectitudine flectitur. atque ut eat in diversum.
quasi angulum facit. illud quod in angulo est bis numeratur: in
fine scilicet prioris ordinis. et in capite ipsius deflectionis.
Et hoc ipsum iam prefigurabat Christum. a circumcisione ad preputium tamquam
ab iherusalem ad babiloniam quodammodo migraturum: et hinc
atque hinc utrisque in se credentibus tamquam lapidem angularem futu-
rum. Hec tunc in figura preparabat deus rebus in veritate venturis.

Sequitur matheus et dicit. Et transeunte inde ihesu: XXIX. secuti sunt eum duo ceci clamantes et dicentes. Miserere nostri fili dauid. et cetera usque ad illud ubi ait. pharisei autem dicebant in principe demoniorum eicit demonia. Hoc de duobus cecis et de muto demonio solus matheus ponit. Illi enim duo ceci de quibus et alii narrant non sunt isti. sed tamen simile factum est. ita ut si ipse matheus non etiam illius facti meminisset. posset putari hoc quod nunc narrat dictum fuisse etiam ab aliis duobus. Quod commendare memorie diligenter debemus. esse quedam facta similia. quod probatur. cum idem ipse euangelista utrumque commemoret: ut si quando talia singula apud singulos inuenerimus. atque in eis contrarium quod solui non possit occurrat non hoc esse factum. sed aliud simile vel similiter factum.

Sane deinceps non apparet rerum ordo gestarum. XXX. Nam post hec duo facta de cecis et muto demonio ita sequitur. Et circuibat ihesus ciuitates omnes et castella docens in synagogis eorum. et predicans euangelium regni. et curans omnem languorem et omnem infirmitatem. Videns autem turbas. misertus est eis: quia erant vexati et iacentes sicut oues ~~sine pastore~~ non habentes pastorem. Tunc dicit discipulis suis. Messis quidem multa: operarii autem pauci. Rogate ergo dominum messis: ut eiciat operarios in messem suam. Et conuocatis duodecim discipulis suis dedit illis potestatem spirituum inmundorum. et cetera usque ad illud ubi ait. amen dico vobis non perdet mercedem suam.

In toto hoc loco quem nunc commemorauimus. multa monuit discipulis suis: sed utrum ex ordine matheus subiunxerit. an ei ordo narrandi recordatio sua fuerit sicut dictum est. non apparet. Hunc locum breuiter videtur perstrinxisse marcus: et eum sic ingressus est dicens. Et circuibat castella in circuitu docens. Et conuocauit duodecim. et cepit eos mittere binos. et dabat illis potestatem spirituum inmundorum. et cetera usque ad illud ubi ait. excutite puluerem de pedibus vestris in testimonium illis. Sed antequam hoc narraret marcus. prius post resuscitatam filiam archisynagogi illud narrauit. ubi dominum in patria sua mirabantur unde illi esset tanta sapientia et virtutes. cum eius cognationem nossent: quod matheus post admonitionem istam discipulorum et post alia multa commemorat.

Itaque incertum. utrum hoc quod agitur in eius patria. matheus omissum recordauerit. an marcus recordatum anteceperit: quisnam eorum ordinem rei geste et quis recordationis sue tenuerit. Lucas autem continuo post resurrectionem filie patri subiungit hunc

locum. de potestate et admonitione discipulorum tam breviter sane quam marcus: neque ipse ita ut hoc sequi etiam in rerum gestarum ordine appareat. In nominibus ergo discipulorum lucas, qui eos alio nomine nominat cum primus eliguntur in monte, a matheo non discrepat. nisi in nomine iude iacobi. quem matheus tatdeum appellat: et nonnulli codices habent lebeum. Quis autem quemquam prohibuerit duobus vel tribus nominibus vocari?

Solet item queri. quomodo matheus et lucas commemorauerit dominum dixisse discipulis. ut ne virgam ferret. cum dicat marcus. et precepit eis ne quid tollerent in via nisi virgam tantum. et sequatur etiam ipse. non peram. non panem. neque in zona es: ut ostendat in eodem loco versari narrationem suam. in quo et illorum qui dixerunt nec virgam ferendam. Quod ita soluitur. ut intelligamus sub alia significatione dictam virgam que secundum marcum ferenda est. et sub alia illam que secundum matheum et lucam non est ferenda. Sicut sub alia significatione intelligitur temptatio de qua dictum est. deus neminem temptat. et sub alia de qua dictum est. temptat vos dominus deus vester ut sciat si diligitis eum. Illa seductionis est: hec probationis. Sicut iudicium aliter accipitur de quo dicitur. qui bene fecerunt in resurrectionem vite. qui male fecerunt in resurrectionem iudicii: et aliter de quo dictum est. iudica me deus et discerne causam meam de gente non sancta. Illud enim iudicium dampnationis est: hoc discretionis. Et multa alia sunt verba que non habent unam significationem. sed diversis locis congruenter posita. diverso modo intelliguntur et aliquando cum expositione dicuntur. ut est illud. Nolite pueri effici sensibus. sed malicia paruuli estote ut sensibus perfecti sitis. Hoc enim breuiter clausa sententia dici potuit: nolite esse pueri. sed estote pueri. Et illud. Si quis putat se sapientem esse in vobis in hoc seculo: stultus fiat ut sit sapiens. Quid enim aliud dicit. quam ut non sit sapiens ut sit sapiens. Aliquando autem clause ita dicuntur. ut exerceant inquirentem. ut est quod ait ad galathas. Inuicem onera vestra portate: et sic adimplebitis legem christi. Qui enim putat esse se aliquid cum nichil sit: seipsum seducit. Opus autem suum probet unusquisque: et tunc in semetipso habebit gloriam. et non in altero. Unusquisque enim onus suum portabit. Nisi oneris nomen sub diuersis significationibus acceperis. proculdubio putabis eum sibi in loquendo esse contrarium: et hoc in una sententia tam vicine positis verbis.

Liber .

Qui cum paulo ante dixisset. alter alterius onera portate: postea
dixit. unusquisque onus proprium portabit. Sed alia sunt onera parti
cipande infirmitatis: alia reddende rationis deo de actibus
nostris. Illa sustinenda cum fratribus communicantur: hec propria ab
unoquoque portantur. Ita et virga intelligitur spiritualiter de qua
dicit apostolus. in virga veniam ad vos: et corporaliter. qua utimur sive
ad equum sive ad aliquid aliud opus fuerit. ut interim omittam et
alias huius nominis figuratas significationes. Utrumque ergo accipien
dum est a domino apostolis dictum: ut nec virgam ferrent. et ut non nisi
virgam ferrent. Cum enim secundum matheum diceret eis. nolite possidere
aurum neque argentum. neque pecuniam in zonis vestris. non peram in via
neque duas tunicas. neque calciamenta. neque virgam. continuo sub
iecit. Dignus est enim operarius cibo suo. Unde satis ostendit. cur
eos hec possidere ac ferre noluerit: non quod necessaria non sint sus
tentationi huius vite. sed quia sic eos mittebat. ut eis hec deberi
monstraret ab illis ipsis quibus euangelium credentibus annuntiaret. tamquam
stipendia militantibus. tamquam fructum vinee plantatoribus. tamquam lac gregis
pastoribus. Unde paulus dicit. Quis militat suis stipendiis umquam?
Quis plantat vineam. et de fructibus eius non edit? Quis pascit gre
gem et de lacte gregis non percipit. Hinc enim loquebatur de hiis
que necessaria sunt predicatoribus euangelii. Unde paulo post dicit
Si nos vobis spiritualia seminavimus? magnum est si vestra carna
lia metamus? Si alii potestatis vestre participant? quare non ma
gis nos? Sed non sumus usi hac potestate. Unde apparet hec non
ita precepisse dominum. tamquam euangeliste aliunde vivere non debeant
quam eis prebentibus quibus annuntiant euangelium? alioquin contra hoc pre
ceptum fecit idem apostolus. qui victum de manuum suarum laboribus
transigebat ne cuiquam gravis esset: sed potestatem dedisse in qua
sciret ista sibi deberi. Cum autem a domino aliquid imperatur:
nisi fiat. inobedientie culpa est. Cum autem potestas datur: licet cuique
non uti. et tamquam de suo iure recedere. Hec ergo loquens dominus disci
pulis. id agebat quod ipse apostolus paulo post ita explicat. Nescitis
quoniam qui in templo operantur que de templo sunt edunt? qui altari de
serviunt altari compartiuntur? Sic et dominus ordinavit hiis qui euan
gelium annuntiant de euangelio vivere. Ego autem nullius horum usus sum.
Cum itaque dicit ita dominum ordinasse. se autem non usum esse: utique ostendit
utendi potestatem datam. non impositam serviendi necessitatem. Hoc ergo
ordinans dominus quod eum ordinasse dicit apostolus. qui euangelium annuntiant

de euāgelio viuē. illa aplis loquebatur vt ~~sien~~ securi non
possideret. neq; portaret huic vite necessaria: nec magna
nec minima. Ideo posuit nec ūgā: ostendēs a fidelibus
suis oīa deberi ministris suis. nulla supflua reqrētibus.
Ac p hoc addendo dignus est enī operarius cibo suo: prorsus ape
ruit et illustrauit vnde et quare hec oīa loqretur. Hanc ergo po
testatē. uirge noīe significauit: cū dixit. ne qd tollerent ī via.
nisi ūgā tantū. Potuit enī etiā sic breuiter dici. Nichil necessa
rioꝝ vobiscū feratis. nec ūgā. nisi ūgā tantū: vt illud quod
dictū est nec virga. itelligatur ne minimas qdē res: qd uero
adiūctū est. nisi ūgā tātū. itelligatur quia p potestatē a dnō
acceptā que ūge noīe significata est. etiā que nō portantur
+ nō nō deerūt. Vtrūq; ergo dns dixit. Sed qr vtrūq; vnus euā
gelista+ cōmemorauit: putatur q ūgā sub alia significatione posi
tā. tollēdā dixit. ei qui ūgā rursus aliud significātē non
tollēdā dixit. esse contrarius. Sed iā ratioē reddita nō putetur.
Sic & calciamēta cū dicit matheus ī via nō esse portanda.
curā prohibet. qua ideo portanda cogitantur ne desint. Hoc
de duabꝰ tunicis itelligendū est: ne qsq; eoꝝ preter eā qua esset
idutus. aliā portandā putaret solicitus ne opus esset. cū ex
illa potestate possz accipe. Proinde marcus dicēdo calciari eos
sandalijs vel soleis. aliqd hoc calciamētū mistice significationis
habē admonet. vt pes neq; tectus neq; nudus ad terā. id est.
nec occultetur euāgeliū. nec terrenis cōmodis innitatur. Et qd
nō portari vel haberi duas tunicas. sed expressius indui phibz
dicēs. et ne induerentur duabꝰ tunicis. qd eos monet. nisi nō du
pliciter sed simpliciter ambulare. Ita dnm oīa dixisse nullomodo
dubitandū est. ptim ppie. pti figurate: sed euāgelistas. aliā istū.
alia illū īseruisse scriptis suis. Quedā uero eadē vel duos vel tres
eoꝝ quoslibet. vel oēs quatuor posuisse: nec sic tamē oīa esse
cōscripta que ab illo seu dicta seu facta sunt. Quisquis aūt putat nō po
tuisse dnm ī vno sermoē quedā figurate. quedā ppia ponere:
eloquia eius cetera īspiciat. videbit qm hoc temere atq; ineru dite
arbitretur. Potest enī iste vt vnū aliqd dicā qd aīo iterī occur
rit. qm monet vt nesciat sinistra qd facit dextera. et ipsas
elemosinas et qcqd illic aliud pcipitur figurate accipiēdū putare.
Nunc rursus admoneo qd oportet meminisse lectorē. ne
tali admonitioē sepissime idigeat. alijs atq; alijs sermo
nū suoꝝ locis dnm iā multa iterasse que alibi iā dixerat: ne

l cum
forte ipsorum locorum ordo, ex alio euangelista non conuenerit. ali
cui eorum hinc putet esse contrarium, cum intelligere debeat iterum
alibi dici quod iam alibi dictum erat. nec tantum de dictis. verum
etiam de factis obseruari debere. Nichil enim prohibet hoc idem iterum
factum credere. Calumpniari autem euangelio. dum non credit iterum fac
tum quod iterum fieri non potuisse nemo conuincit. sacrilege va
Sequitur matheus et dicit. Et xxxi. nitatis est.
factum est cum consummasset ihesus precipiens duodecim disciplis
suis. transiit inde ut doceret et predicaret in ciuitatibus eorum.
Johannes autem cum audisset in vinculis opera christi: mittens de disciplis
suis ait illi. Tu es qui venturus es an alium expectamus.
et cetera usque ad illud ubi ait. et iustificata est sapientia a fi
liis suis. Hunc totum locum de iohanne baptista quod miserit ad ihesum.
et cuiusmodi responsum acceperint illi quos misit. et que post
eorum abscessum de iohanne dominus dixit. ut ponit ~~lucas~~ et lucas.
non quidem ipso ordine. Sed quis eorum recordationis sue. quis rerum ipsarum
hic ordinem teneat non apparet. xxxij.
Sequitur matheus et dicit. Tunc cepit exprobrare ciuitatibus
in quibus facte sunt plurime virtutes eius. quia non egissent
penitentiam. et cetera usque ad illud ubi ait. terre sodomorum remis
sius erit in die iudicii quam tibi. Etiam hoc commemorat lucas continua
to cuidam sermoni domini etiam ex ipsius ore coniungens. Unde magis
l illa videtur ipse hoc ordine commemorare quo a domino dicta sunt: matheus
autem sue recordationis ordinem tenuisse. Aut si illud quod idem ma
theus ait. tunc cepit exprobrare ciuitatibus. sic accipiendum pu
tatur. ut punctum ipsum temporis voluisse credatur exprimere. in eo
quod est. tunc. non autem ipsum tempus aliquanto latius quo hec multa
gerebantur et dicebantur: quisquis hoc credit. credat etiam hoc
esse bis dictum. Cum enim et apud unum euangelistam inueniantur
quedam que bis dixerit dominus. sicut apud eundem lucam de non
tollenda pera in via. et similia ceteris duobus locis dictum a domino
inuenitur. quid mirum si et aliquid aliud bis dictum. singillatim a sin
gulis dicitur eodem modo ordine quo dictum est? Et ideo diuer
sus ordo apparet in singulis: quia et tunc quando et ille. et
tunc quando iste commemorat dictum est.
Sequitur matheus In illo tempore respondens ihesus dixit. Con
fiteor tibi domine pater celi et terre. qui abscondisti hec a sapientibus

et prudentibus. et reuelasti ea paruulis. et cetera usque ad illud ubi ait. iugum enim meum suaue est. et onus meum leue. Huius loci et lucas meminit: sed ex parte. Non enim dicit ipse. uenite ad me omnes qui laboratis et onerati estis. et alia que sequuntur. Semel autem hoc dictum a domino. sed lucam non totum quod dictum est commemorasse credibile est. Matheus enim dicit. in illo tempore. respondens ihesus dixit. postea quam exprobrauit ciuitatibus. Lucas autem post illam exprobrationem ciuitatum interponit quedam. non tamen multa: atque hoc ita subiungit. In ipsa hora exultauit spiritu sancto et dixit. Unde etiam si matheus non illo tempore diceret. sed in ipsa hora. tam pauca interponit lucas in medio. ut etiam eadem hora non absurde dictum uideatur.

Sequitur matheus et dicit. In illo tempore XXXIII.

abiit ihesus sabbato per sata. Discipuli autem eius esurientes ceperunt uellere spicas et manducare. et cetera usque ad illud ubi ait. dominus est enim filius hominis etiam sabbati. Hoc quod sine ulla repugnantie questione commemoratur et a marco et a luca. sed illi non dicunt in illo tempore. Unde fortasse magis matheus rei geste hic ordinem tenuit: illi autem recordationis sue: nisi latius accipitur quod dictum est in illo tempore. id est in quo hec multa et diuersa gerebantur.

Sequitur ergo matheus narrans. Et cum XXXIIII.

inde transisset: uenit in synagogam iudeorum. Et ecce homo manum habens aridam. et cetera usque ad illud ubi ait. et restituta est sana sicut altera. De illo sanato qui manum habebat aridam etiam marcus et lucas non tacent. Posset autem putari eo die factum et de spicis et de isto sanato. quoniam sabbatum commemoratur: nisi lucas ~~apertissime~~ aperuisset alio sabbato factum esse de sanitate aride manus. Proinde quod ait matheus. et cum inde transisset uenit in synagogam eorum. non quidem uenit nisi cum inde transisset: sed post quot dies in synagogam eorum uenerit postea quam a segete illa transiit. an recte continuoque illuc ierit non expressum est. Ac per hoc datur narrationi luce locus. qui dicit alio sabbato huius manum sanatum.

Sed potest moueri. quomodo matheus dixerit. quod ipsi interrogauerint dominum si licet sabbato curare. uolentes inuenire accusandi occasionem: ipse uero proposuerit illis de oue similitudinem dicens. quis erit ex uobis homo qui habeat ouem unam. et si ceciderit hec sabbatis in foueam. nonne tenebit et leuabit eam. quanto melior est homo oue. itaque licet sabbato benefacere. cum marcus

et lucas illos potius a domino interrogatos esse perhibeat. licet sabbato be
ne facere an male. animam saluam facere an perdere. Itaque intelligendum est
quod illi prius interrogauerint dominum. si licet sabbato curare. deinde quod
intelligens cogitationes eorum aditum accusandi querentium. constituerit in me
dio illorum quem fuerat sanaturus. et interrogauerit que marcus et lu
cas eum interrogasse commemorat. ac tunc illis tacentibus proposuisse similitudinem
de oue. et conclusisse quod ~~lucas~~ liceat sabbato curare: postremo cir
cumspectis eis sicut marcus dicit contristatum super cecitate cordis eorum
dixisse homini. extende manum tuam.
Sequitur matheus ita contexens narrationem. Exeuntes autem
pharisei consilium faciebant aduersus eum quomodo eum perderent. Ihesus
autem sciens recessit inde. et secuti sunt eum multi et curauit eos omnes.
et precepit eis ne manifestum eum facerent: ut adimpleretur quod dictum est per
ysaiam prophetam dicentem. et cetera usque ad illud ubi ait. et in nomine eius
gentes sperabunt. Hoc solus iste commemorat: illi duo in alia preces
serunt. Ordinem sane rei geste videtur marcus aliquantulum tenuisse.
qui dicit ihesum cognita maligna aduersum se dispositione iudeorum
recessisse ad mare cum discipulis suis. et ad eum turbas confluxisse
et sanasse eum plurimos. Unde autem ceperit in aliud ire quod non ordine
sequeretur vix apparet. utrum ubi dicit conuenisse ad eum turbas. potuit
enim hoc tam et alio tempore. an ubi dicit ascendit in montem. quod et lucas videtur
commemorare dicens. Factum est autem in illis diebus exiit in montem orare. di
cendo enim in illis diebus: satis ostendit non continuo factum. XXXV.
Matheus ergo sequitur et dicit. Tunc oblatus est demonium habens + eum
cecus et mutus: et curauit + ita ut loqueretur et videret. Hoc
non isto ordine. sed post alia multa lucas commemorat: et mutum dicit
tantum non etiam cecum. Sed non ex eo quod aliquid tacet. de alio dicere
putandus est. Ea enim sententia etiam ipse contexit que matheus.
Sequitur matheus dicens. Et stupebant turbe omnes. XXXVI.
et dicebant. Numquid hic est filius dauid. Pharisei autem audientes
dixerunt. Hic non eicit demones. nisi in beelzebub principe demo
niorum. Ihesus autem sciens cogitationes eorum. dixit eis. Omne regnum
diuisum contra se desolabitur. et cetera usque ad illud ubi ait. ex
verbis tuis iustificaberis. et ex verbis tuis condempnaberis. Marcus
non ex occasione illius muti ubi dicit dictum de ihesu quod in beelzebub
eiceret demonia. sed post alia quedam que solus commemorat.
hoc quoque subnectit. siue alio loco id recolens et adiungens. siue aliquid
pretermittens et deinde ad hunc ordinem rediens. Lucas autem pene totidem
verbis hoc dicit quod matheus. et quod digitum dei appellat spiritum dei
ab eadem sententia non recedit. quin potius et aliquid docet. ut nouerimus

quadmodū itelligamus vbicūqȝ scrptū legimus. digitū dei.
In alijs aūt que nō hic dicūt marcus & lucas. nulla controuer
sia est: nec ī hijs que aliquādo aliter dicūt, qȝ eadē sentencia est,
Sequit^r matheus & dicit. Tūc responderūt xxxvij.
ei quidā de scribis & phariseis dicētes. Mgr. volum9
a te signū videre. et cetera vsqȝ ad illud vbi ait. sic erit gene
ratiōi huic pessime. Hec etiā lucas narrat: eo q̄de loco. sed
aliquāto dispari ordīe. Nā illud qd' petierūt signū a dño de ce
lo supra cmemorauit. post illud de muto miraculū: et nō ibi
retulit qd eis ad hoc respondisset dñs. sed postea cū turbe co
currissent dixit hoc fuisse responsū eis. qs dat itelligi superi9
a se cmemoratos qd' de celo signū querebāt. et annectit postea
qui īposuit de muliere que dixit dnō. btūs ven' qui te portauit,
Hanc aūt mulierē īterponit cū de sermone dn̄i cmemorasset.
qd' sp̄s īmūdus exiens ab hoīe redit & īuenit mūdatā domū,
Post mulierē ergo illā cū dixet responsū esse turbis de signo
qd' de celo querebāt. iposita similitudīe ione pphe. deinde
ctinuo sermone ipi9 dn̄i cmemorat dictū. de regina austri
et niniuitis. Ita aliqd potius cmemorauit qd' mathe9 tacuit
quam aliqd pter misit eorū que hoc loco ille narrauit.
Quis nō videat supfluo queri quo illa ordīe dn̄s dixerit.
Qū et hoc discere debeam9 p euāgelistarū excellētis
sima auctoritate non esse medaciū. si qsq̄ nō hoc ordine
cuiusq̄ sermonē dixerit. quo ille a quo pcessit. cū ipius
ordis nichil intersit ad rē. siue ita sit. Et adhuc lucas pro
ductiorē huc dn̄i sermonē idicat. ī eo qd' cmemorat qualia
mathe9 ī sermoē illo qui est habitus ī mōte. que bis dicta
itelligim9. et ibi scilicet & hic. Terminato aūt isto sermone
ī aliud pgit lucas. ī quo vtrū ordinē rerū gestarū seruet
incertū est. Ita eī cōnectit. Et cū loqueret^r. rogauit eū qdā
phariseus vt pranderet apud se. Nō aūt ait. cū hec loqret^r.
Nā si dixisset cū hec loqret^r: necessario cogēt itellige hoc
ordine nō tātū a se fuisse narrata. verū et a dño gesta,
Sequit^r ergo matheus et dicit. Adhuc eo xxxviij.
loquēte ad turbas: ecce mater ei9 et frēs foris stabāt
querētes loqui ei. et cetera vsqȝ ad illud vbi ait. qcūqȝ eī fe
cerit volūtatē patris mei qui ī celis est. ipē me9 frater

soror et mater est. Hoc sine dubio consequenter gestum intel
ligere debemus. Premisit enim cum ad hoc narrandum transiret
adhuc eo loquente ad turbas. Quid est autem adhuc. nisi cum illud
~~adhuc~~ loquebatur? Non enim dixit. et eo loquente ad turbas.
ecce mater eius et fratres. sed adhuc eo loquente cum dicit. cogit intel
ligi hec loquente que superius indicabat. Nam marcus post illud
quod de blasphemia spiritus sancti quod dominus dixerit retulit. venerunt igitur
mater eius et fratres. pretermissis quibusdam que in eodem textu sermonis
domini et matheus plenius marco et lucas plenius posuerunt.
Lucas autem non huius rei geste ordinem tenuit. sed preoccupauit
hoc. et preoccupatum ante narrauit. Denique hoc sic interposuit.
ut solutum appareat a nexu superiorum et posteriorum. Post com
memoratas enim quasdam parabolas domini. ita hoc de matre et fratribus
eius recordatum interposuit. Venerunt autem igitur ad eum mater et fratres
eius: et non poterant ad eum adire pre turba. Non expressit quando
ad eum venerint. Rursum cum et hinc transit ita loquitur. Factum est autem
igitur in una dierum: et ipse ascendit in naviculam et discipuli eius.
Et hic utique cum dicit. factum est in una dierum. satis indicat non ne
cesse esse. ut hec dies intelligatur in qua hoc gestum est. vel illa
continuo que sequitur. Nichil itaque habet repugnantie cum ceteris
duobus quod matheus de matre et fratribus domini narrat: neque in ver
bis domini. neque in ipso ordine rerum gestarum. XXXIX

Sequitur matheus. In illo die exiens ihesus de domo sedebat
secus mare. Et congregate sunt ad eum turbe multe: ita ut in na
viculam ascendens sederet. et omnis turba stabat in litore. Et locutus
est multa in parabolis dicens. et cetera usque ad illud ubi ait. ideo omnis
scriba doctus in regno celorum similis est homini patrifamilias qui profert
de thesauro suo noua et vetera. Post illud quod narratum est de
matre et fratribus domini. hoc continuo gestum esse et eodem ordine matheum
etiam in narrando tenuisse ea res insinuat. quia cum ille transiret
ita contexuit ut diceret. in illo die exiens ihesus de domo sedebat
secus mare. et congregate sunt ad eum turbe multe. Cum enim dicit. in
illo die? nisi forte dies more scripturarum tempus significet.
satis indicat aut hoc consequenter gestum. aut non multa interim po
tuisse: maxime quia et marcus eum ordinem tenet. Lucas autem
post illud quod narrat de matre et fratribus domini. in aliud transit:
nec eo transitu contexionem aliquam facit. qua huic ordini

repugnare videatur. Dominum ergo hor(um) que matheus dominum locutum esse narrauit. que cum illo dixerunt marcus et lucas: non habent repugnantie questionem. Que autem ipse solus dixit. multomagis sine controuersia sunt. nec in ipso ordine quamuis aliquando diuersum alius alium teneat. partim gestarum rerum, partim recordationis sue video quid vel cui quisque aduersetur.

Sequitur ergo matheus. Et factum est cum consummasset, XL. ihesus parabolas istas: transijt inde. Et veniens in patriam suam, docebat eos in synagogis eorum. et cetera vsque ad illud ubi ait, et non fecit ibi virtutes multas propter incredulitatem illorum. A superiore sermone parabolarum sic transijt. vt non ostendat consequendi ordinis necessitatem. presertim quia marcus ab istis parabolis non in quod iste sed in aliud tendens. in quo et lucas ita conexuit narrationem. vt credibilius ostendatur hoc esse potius consequenter gestum. quod ipsi duo continuanter adiungunt, de naui scilicet in qua dormiebat ihesus. et de illo miraculo expulsorum demoniorum apud gerasenos. que duo matheus iam superius recolens interposuit. Nunc ergo que in patria sua dominus dixerit. vel que ei dicta sint. videamus utrum cum alijs duobus marco et luca non concordet. Nam iohannes longe et in diuersis et dissimilibus narrationis sue locis. vel dicta esse domino talia. vel eum dixisse commemorat: qualia hoc loco tres ceteri meminerunt. Et marcus quidem eadem propemodum commemorat in omnia que matheus. nisi quod dominum et marie filium et fabrum dicit a ciuibus suis dictum. non sicut matheus fabri filium. Nec mirandum est: cum vtrumque dici potuerit. Eo enim credebant et fabrum. quo filium fabri. Lucas autem latius eandem rem gestam indicat. et plura ibi commemorat. nec longe post baptismum eius et temptationem hoc inserit. sine dubio preoccupans quod multis rebus interpositis postea gestum est. Unde quisque possit aduertere. quod huic tam magne questioni quam de consensu euangelistarum enodandam deo adiuuante suscepimus. plurimum necessarium est. scientes eos aliquid pretermisisse. aut scientes quemadmodum se ordo rerum gestarum habet. alium potius ordinem sue recordationis tenuisse. Quod hinc euidentissime intelligi potest. quia lucas antequam aliquid narraret dominum fecisse capharnaum. preoccupauit hunc locum quem nunc consideramus: ubi ciues eius et potentiam virtutis in eo stupebant. et ignobilitatem generis contempnabant

Nā hoc dicit eis eū dixisse. vtiq dicitis michi. medice cura teipm.
quāta audiuim9 fcā ī capharnaū. fac ꝛ hic ī pria tua: cū scdm
euāsdē ipi9 luce narrationē nichil adhuc fecisse legat' caphar
naū. Qd' qr longū nō est. et facillimū est et pnecessariū. totū
īserim9. vnde ad hoc narrandū et quomodo venerit postea
Et qp baptizatū et teptatū dnm īdicauit. ita sequitur.
Et gsūmata oī teptatiōe. dyabolus recessit ab illo vsq ad
tempus. Et regressus est ihc ī vtute spc ī galileā: et fama exiit
p vniuersā regionē de illo. Et ipē docebat ī synagogis eo4. et
magnificabat' ab oibs. Et venit nazareth vbi erat nutritus.
et intrauit scdm gsuetudinē suā die sabbati ī synagogā. et
surrexit legē: et traditus est illi liber ysaie pphe. Et vt reuol
uit librū: īuenit locū vbi scptū erat. Sps dnī sup me ppt' qd' vnxit
~~[illegible]~~ me: euāgelizare paupibs misit me. p
dicare captiuis remissionē ꝛ cecis visū. dimitte confractos
ī remissionē. pdicare ānū dnī acceptū. et diē retributiōis.
Et cū plicuisset librū: reddidit ministro ꝛ sedit. Et oīm ī syna
goga oculi erāt intēdētes ī eū. Cepit aūt dicē ad illos: qr hodie
īpleta est scptura hec ī auribs vris. Et oēs testimoniū illi da
bāt: et mirabant' ī vbis grācie que pcedebāt de ore ipi9. et
dicebāt. None hic est filius ioseph? Et ait illis. Vtiq dicitis michi
hāc silitudinē. medice cura teipm. quāta audiuim9 fcā ī caphar
naū. fac ꝛ hic ī pria tua. et cetera. donec pagat totū ipm nar
ratiōis sue locū. Qd g° euidētius qp hoc eū sciente pocupas
se narrandū. cū vtiq iā magna ab illo ī capharnaū facta
fuisse et ipē nouerat et ipē gmeorat. que se nondū narras
se vtiq scit? Neq ei tantū ab eius baptismo pgressus est.
vt oblitus putet' nondū se aliqd gmeorasse de hiis que in
capharnaū gesta fuerāt. Modo ei cepit post baptismū aliquid
de dno narrare. xli

Fert' matheus. In illo tpe. audiuit herodes tetrarcha fa
mā ihū: et ait pueris suis. Hic est iohēs baptista. ipē surrex
it a mortuis: et ideo vtutes opant' ī eo. Marcus hoc idē
modo dicit: sed nō eodē ordīe. Nā postea qm discipulos dns
misit. dicēs eis. ne qd ī via ferrēt nisi vgā tantū; termina
to eo ~~[illegible]~~ sermone quātū ab illo gmeoratū est etiā hoc subiecit:
nulla tamē facta necessitate qua hoc etiā gsequēt' gestū esse
ītelligē cogerem sicut nec matheus. In illo ei tpe dicit. nō in

illo die vl' hora: nisi qd' marcus nō qd' heodes dixerit, sed di-
cebat īqt quia iohēs baptista surrexit a mortuis. Matheus
vō de ipō heode ait. īqt pueris suis. Lucas etiā eū narrādi
ordinē quē marcus tenēs. nec ipē sane etiā rerū gestarū
eūdē ordinē fuisse credi cogēs. ita hoc idē co
mēorat. Audiuit aūt īqt heodes oīa q̄ fiebāt
ab eo. et hesitabat eo qd' diceret a q̄busdā. quia
iohēs surrexit a mortuis. a q̄busdā vō. qz helias appa
ruit. ab aliis aūt qz ꝓpha vnꝰ de antiq̄s surrexit. Et ait
heodes. Iohēm ego decollaui. q̄s aūt est iste de quo ego au
dio talia. Et querebāt vidē eū. In hiis v̄bis lucas q̄z marco at
testat: ad hoc dūtaxat. qd' alii dixerūt nō heodes. iohēm a mor
tuis surrexisse. Sed quia hesitantē cōmēorauit heodē. v̄baqz
eiꝰ ita postea posuit dicētis. iohēm ego decollaui. q̄s aūt ē iste
de quo audio ego talia. itelligendū est post hāc hesitationē con
firmasse ī aīo suo qd' ab aliis dicebat. cū ait pueris suis si
cut matheꝰ narrat. et ait pueris suis. Hic est iohēs baptista
ipē surrexit a mortuis: et ideo v̄tutes operant ī eo. Aut ita
ꝓnūcianda st̄ hec v̄ba. vt adhuc hesitantē indicet. Si ei diceret.
nūqd nā hic est. aut nūqd forte hic est iohēs baptista: nō opus
esset admonē aliqd de pronūciatiōe. qua dubitās atqz hesitās
ītelligeret. Nūc quia illa v̄ba desūt. vtroqz modo ꝓnūciari
pt: vt aut cōfirmatū eū ex alioꝝ verbis credētē dixisse ac
cipiamꝰ. aut adhuc sicut lucas cōmēorat hesitantē. et presertī
qz ꝛ marcus q̄ superiꝰ dixerat ab aliis fuisse dictū qd' iohānes
a mortuis resurrexerit. ī extremo tamē ipm̄ heodē dixisse
nō tacet. quē ego decollaui iohēm a mortuis ꝯsurrexit. Nūc
ite v̄ba duobꝰ modis ꝓnūciari possūt: vt aut cōfirmantis
aut dubitātis ītelligantur. Cū aūt lucas postea q̄z hoc cōmēora-
uit ī aliud transeat: duo isti matheus ꝛ marcus ex occasiōe
narrāt q̄admodū sit ab heode iohēs occisus. xlij.

Sequit' g° matheus et dicit. Heodes eī tenuit iohēm. et al-
ligauit eū. et posuit ī carcerē. ꝓpt' heodiadē vxorē fris
sui. et cetera vsqz ad eū locū vbi ait. et accedētes discipli eiꝰ
tulerūt corpꝰ eiꝰ et sepelierūt illud. et venientes nūciauerūt
ihū. Marcus sili' hoc narrat. Lucas aūt id nō eodē ordīe recor
dat: sed circa ipm̄ baptismū quo baptizatus est dn̄s. Vnde
hoc pccupasse ītelligit' et ipē ex occasione: vt ibi narraret

qđ multo post factū est. Cū eī cōmemorasset iohis u̅ba de dño.
qđ ventilabꝝ ī manu ei9 ⁊ mundabit areā suā. frumēta recō
det ī horreū suū. paleas aūt cōburet igni īextīguibili: cōtinuo
subiecit qđ nō cōtinuo factū esse iohes euāgelista aptissime
exponēs cōmemorat. postea q̄ᵐ baptizatus est;
ihc iste illū ī galilea quādo fecit de aqua
vinū. et inde post paucoꝝ dierū ī capharnaū
habitationē. redisse ad iudeā trā. et ibi baptizasse mul
tos circa iordanē anq̄ᵐ missus esset ihoēs ī carcerē.
Quis aūt nō putet qui minus hꝫ lrīs eruditus est. tm̄
post illa u̅ba de ventilabro et de area mūdata. cōtinuo iohām
ita offensū vt eū ī carcerē misit? Nō aūt hoc ordīe ista
narrata quo gesta sꝫ et alibi iā ꝓbauimꝰ: et hoc ipō loco
nō quilibet alius, sed hoc idē lucas ꝓbat. Si eī post u̅ba illa cō
tinuo iohes ī carcē missus est: q̄ᵒmodo post ~~illā~~ illā ipsā cōmeō
ratione iohis ī carcere missi. baptizatus est ihc scd̄m illi9
luce narrationē? Proīde manifestū est ex occasione re
cordatū preoccupasse. et ante multa que prius q̄ᵐ iohām
hoc fiet gesta ~~narrationis~~ narraturus erat. hoc p̄occupatū
ī sua narratiōe p̄misisse: sed ne illi duo matheꝰ ⁊ marcꝰ
eo verū ordīe de iohāne ī carcerē misso. ī sua narratiōe
posuerūt. Qđ factū apparet etiā ī eoꝝ scriptis. Ita ⁊ ipi
dixerūt tradito iohāne dnm̄ isse ī galileā. et post mlta que
fecit ī galilea veniūt ad h̄eodis admonitionē et hesitationē.
qđ iohes quē decollauit a mortuis resurrexerit: et ex occa
sione narrāt oīa que de iohāne cōtigerūt īcluso ⁊ occiso.

Sequitur ergo matheus cū dixisset nūciatū esse xp̄o qđ iohes
occisus esset: et ita narrationē cōtexit. Qđ cū audisset
igit ihc. secessit inde ī nauicula ī desertū locū seorsū. Et cū
audissent turbe: secute sꝫ eū pedestres de ciuitatibꝰ. Et exiēs
vidit turbā multā: et misertus ei9 curauit languidos eoꝝ.
Hoc cōtinuo post iohis passionē factū esse cōmeōrat. Unde
post hec facta sūt illa que primo narrata sūt: quibꝰ mo
dis h̄eodes dixit. iohēm ego decollaui. Illa eī posteriora debet
itelligi. que ad h̄eodē ptulit fama vt moueret᷑ et hesitaret
quisnā iste esse posset de quo audierat talia. cū iohēm ipē

occidisset. Marcus autem postea quam passionem iohannis narrauit
commemorat discipulos suos redisse ad ihesum. et renunciasse illi
omnia que egerant et docuerant. et dominum eis quod ipse commemorat solus
dixisse ut requiescerent pusillum in deserto. et ascendisse cum eis nauim
et isse. et turbas hoc uidentes preuenisse eos illuc. quarum miser-
tum dominum docuisse multa. et hora iam pregrediente factum esse ut de
quinque panibus et duobus piscibus omnes qui aderant pascerentur.
Quod miraculum omnes quattuor euangeliste commemorauerunt. Lucas
etiam quia iam longe supra de iohannis passione narrauerat. ex
occasione quam diximus nunc postea quam commemorauit illam herodis
hesitationem a domino quisnam esset. hoc continuo subiungit quod marcus
id est redisse ad illum apostolos et narrasse illi quecumque illi fece-
rant. et assumptis eis recessisse in locum desertum atque eo secutas
turbas locutum esse de regno dei. et eos qui cura indigebant
sanasse. atque inde etiam ipsa die declinante commemorat miracu-
lum de quinque panibus factum. At uero iohannes qui multum ab eis tribus
euangelistis eo distat: quia magis in sermonibus quos habuit
dominus inmoratur quam in factis que mirabiliter fecit. postea quam com-
memorauit eum relicta iudea abisse iterum in galileam. quod tunc intel-
ligitur factum cum et alii euangeliste dicunt eum iohanne tradito + in ga- + isse
lileam. Postea quam ergo id commemorauit iohannes in transitu eius per sa-
mariam. multa que locutus est ex occasione illius samaritane
quam inuenit ad puteum contexit narrationi sue: et post duos dies
dicit eum inde exisse in galileam. deinde uenisse in chana galilee.
ubi fecerat de aqua uinum. et sanasse filium reguli cuiusdam.
Alia uero que illum in galilea fecisse atque dixisse alii dixerunt.
iohannes tacet. Sed sane quod illi tacuerunt dicit ascendisse eum
in die festo iherusolimis. et fecisse miraculum illud de homine qui
triginta octo annos habebat in infirmitate. nec habebat hominem a
quo in piscinam deponeretur. in qua variis inualitudinibus affecti
sanabantur: et ex hac occasione multa eum locutum fuisse comme-
morat. Post hec dicit eum abisse trans mare galilee quod est tybe-
riadis. et secutam multitudinem magnam: deinde abisse in montem
et ibi sedisse cum discipulis suis. proximo pasche die festo iudeorum.
Tunc leuatis oculis et uisa multitudine. pauisse eam de panibus

quinque et duobus piscibus: quod et ceteri euangeliste dicunt. at per hoc preter
misisse illum que illi narrando ad huius miraculi operationem ve
nerunt certum est. Verumtamen quamuis ex alia narrationis via cum et illa
tacuissent que iste dixisset. ad hoc miraculum de quinque panibus
occurrerunt sibi et illi tres qui pene pariter ambulabant. et iste
qui sermonum domini alta conspectans per alia que illi tacuerunt cir
cumuolauit quodammodo. et eis ad miraculum de quinque panibus
pariter commemorandum. non multo post ab eis rursus in altiora
deuolaturus occurrit.
Sequitur ergo matheus. et ad ipsum de quinque panibus factum
miraculum narrationem suam ita ex ordine perducit. Vespere autem
facto: accesserunt ad eum discipuli eius dicentes. Desertus est locus
et hora iam preteriit: dimitte turbas ut euntes in castella emant
sibi escas. Ihesus autem dixit eis. Non habent necesse ire. date illis
vos manducare: et cetera usque ad illud ubi ait. manducantium
autem fuit numerus quinque milia virorum. exceptis paruulis et mulieribus.
Hoc igitur miraculum quod omnes quattuor euangeliste commemorant. et pu
tantur aliquid inter se discrepare considerandum atque tractandum est.
ut ex hoc etiam ad cetera similia regule locutionum discantur
quibus tam diuersis eadem tamen sententia retinetur. et eadem rerum
veritas custoditur. Et inchoanda est quidem consideratio: non a ma
theo secundum ordinem euangelistarum. sed a iohanne potius. a quo
ita est expressa ista narratio. ut etiam nomina discipulorum dicerit
cum quibus de hac re locutus est dominus. Ita enim dicit. Cum subleuasset
ergo ihesus oculos et vidisset quia multitudo maxima venit ad eum: di
cit ad philippum. Unde ememus panes ut manducent hii.
Hoc autem dicebat temptans eum: ipse enim sciebat quid esset facturus.
Respondit ei philippus. Ducentorum denariorum panes non sufficiunt
eis: ut unusquisque modicum quid accipiat. Dicebat ei unus ex dis
cipulis eius: andreas frater symonis petri. Est puer unus hic qui
habet quinque panes ordeaceos et duos pisces. Sed hec quid sunt
inter tantos? Dicit ergo ihesus. Facite homines discumbere. Erat autem fenum
multum in loco. Discubuerunt ergo viri: numero quasi quinque milia.
Accepit ergo panes ihesus: et cum gratias egisset. distribuit dis
cumbentibus. Similiter et ex piscibus: quantum volebant. Ut autem impleti
sunt: dixit discipulis suis. Colligite que superauerunt frag
menta: ne pereant. Collegerunt ergo. et impleuerunt duodecim
cophinos fragmentorum. ex quinque panibus ordeaceis. que superfuerunt

hiis qui manducauerunt. Non hic querit qd iste dicit cuiusmodi esset
panes. ordeaceos eos fuisse non tacuit. qd ceteri tacuerunt. neqz
hoc querit qd iste non dixit fuisse ibi etiam preter quinqz milia virorum
paruulos et mulieres qd dicit matheus. et omnino iam certum esse debet
et regulariter teneri in talibus questionibus neminem moueri o-
portere. cum ab alio dicitur qd ab alio pretermittitur: sed queritur
quomodo ea que dixerunt vera sint omnia. ne narrationem
alterius narrans alia alter excludat. Si enim dominus secundum narra-
tionem iohannis prospectis turbis quesiuit a philippo temptans eum
unde illis esce dari posset. potest moueri quomodo sit verum. qd
alii narrauerunt prius dixisse discipulos domino ut dimitteret turbas.
quo sibi alimenta emerent de proximis locis. quibus ille respondit
secundum matheum. non habent necesse ire. date illis vos manducare.
cui etiam marcus lucasqz consentiunt. tantum hoc pretermittentes qd
ait. non habent necesse ire. Intelligitur ergo post hec verba dominum inspex-
isse multitudinem et dixisse philippo qd iohannes commemorat. isti
autem pretermiserunt. Deinde qd philippus apud iohannem respondit.
hoc marcus a discipulis responsum esse commemorat. volens intel-
ligi et hoc ~~ordine~~ ore ceterorum philippum respondisse. quamquam et
pluralem numerum pro singulari usitatissime ponere potuerit. Qd
ergo ait philippus. ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis
ut unusquisqz modicum quid accipiat. hoc est dicere qd ait marcus.
euntes ememus ducentis denariis panes. et dabimus eis man-
ducare. Qd autem commemorat idem marcus: quot panes habe-
tis. pretermiserunt ceteri. Qd autem andreas apud iohannem de quinqz
panibus et duobus piscibus suggessit: hoc ceteri pluralem numerum
pro singulari ponentes. ex discipulorum persona retulerunt. Et lu-
cas quidem responsionem philippi et responsionem andree in unam
sententiam constrinxit. Qd enim ait. non sunt nobis plusquam quinqz
panes et duo pisces: ad andree retulit responsionem. Qd
vero adiunxit. nisi forte nos eamus et emamus in omnem hanc tur-
bam escas. videtur ad responsionem philippi pertinere. nisi qd de
ducentis denariis tacuit. quamquam et in ipsius andree sententia pos-
sit intelligi. Cum enim dixisset. est puer unus hic qui habet quinqz panes ordeaceos et duos
pisces. adiunxit etiam ipse. sed hec quid sunt inter tantos. Hoc est dicere.
nisi forte nos eamus et emamus in omnem hanc turbam escas. Ex
qua uniuersa varietate verborum. rerum autem sententiarumqz concordia

satis apparet salubriter nos doceri. nichil querendum in verbis nisi
loquentium voluntatem. cui demonstrande invigilare debent omnes veri
dici narratores. cum de homine vel de angelo vel de deo aliquid nar
rant. horum enim voluntas verbis promi potest: ne de ipsa inter se aliquid
Sane pretermittere non oportet hoc loco. et intentum discrepent.
ad cetera que talia forte occurrerint facere lectorem. quod lucas
+esse dicit quinquagenos iussos discumbere: marcus vero et quinquagenos
et centenos. Quod hic ideo non movet: quia unus partem dicit.
alter totum. Qui enim etiam de centenis retulit: hoc retulit quod ille
pretermisit. Nichil itaque contrarium. Verumtamen si alius tantum
de quinquagenis commemoraret. alius tantum de centenis. valde videretur
esse contrarium: nec facile dinosceretur. Utrumque dictum est. Unum
autem ab altero. alterum ab altero commemoratum. et tamen attentius
consideratum inveniri debuisse quis non fateatur? Hoc ideo dixi: quia
existunt sepe aliqua eiusmodi. que parum intendentibus et teme
re iudicantibus contraria videantur et non sunt. xliiii.

Sequitur matheus et dicit. Et dimissa turba ascendit in montem
solus orare. Vespere autem facto solus erat ibi. Navicula autem in me
dio mari iactabatur fluctibus. Erat enim contrarius ventus. Quarta
autem vigilia noctis venit ad eos ambulans super mare. Et videntes eum
supra mare ambulantem: turbati sunt dicentes quia fantasma est. et
cetera usque ad illud ubi ait. venerunt et adoraverunt eum dicentes.
vere filius dei es. Marcus quoque hoc idem post narratum de quinque panibus
miraculum ita sequitur. Et cum sero esset. erat navis in medio mari.
et ipse solus in terra. et videns eos laborantes in remigando. erat enim ventus
contrarius eis. et cetera similiter. nisi quod de petro super aquas ambulante
nichil dicit. Hoc autem ne moveat. sollicite precavendum est quod
marcus dicit de domino. cum ambularet super aquas et volebat prete
rire eos. Quomodo enim hoc intelligere potuerunt? nisi quia in diversum
ibat eos volens tamquam alienos preterire. a quibus ita non agnoscebatur
ut fantasma putaretur? Quod ad ~~misteria~~ mistica significatione
referri quis usque adeo tardus est ut nolit advertere? Sed tamen tur
batis et exclamantibus subvenit dicens. ego sum nolite timere. Quomodo
ergo volebat eos preterire quos paventes ita confirmat? nisi quia illa
voluntas pretereundi ad eliciendum illum clamorem valebat. cui subveniri

Iohannes etiam adhuc cum istis aliquantulum immoratur. oportebat?
Ista post narratum de quinque panibus miraculum. ipse quoque hoc de la
borante navicula. et de ambulatione domini super aquas non tacet ita contexens.

Ihc ergo cum cognovisset quia venturi essent ut raperent et facerent eum
regem: fugit iterum in montem ipse solus. Ut autem sero factum est:
descenderunt discipuli eius ad mare. Et cum ascendissent navim: venerunt
trans mare in capharnaum. et tenebre iam facte erant. et non venerat
ad eos ihc. Mare autem vento magno flante exurgebat. et cetera.
Nichil hic contrarium videri potest. nisi quod matheus dimissis turbis.
eum dicit ascendisse in montem. ut illic solus oraret. iohannes autem in monte
fuisse cum eisdem turbis quas de quinque panibus pavit. Sed et cum ipse iohannes
dicat post illud miraculum fugisse eum in montem. ne a turbis teneretur
que eum volebant regem facere: utique manifestum est quod de monte in pla-
na descenderunt quando illi panes turbis ministrati sunt. Et ideo
non est contrarium quod ascendit rursus in montem sicut et iohannes et ma-
theus dicunt ——— ; nisi quod matheus dicit. ascendit. iohannes autem. fu-
git. Quod esset contrarium si fugiens non ascenderet. Nec illud repugnat
quod matheus dicit. ascendit in montem solus orare: iohannes autem. cum cog-
novisset igitur quia venturi essent ut facerent eum regem. fugit iterum in
montem ipse solus. Neque enim cause orandi contraria est causa fugiendi.
quandoquidem et hic dominus transfigurans in se corporis humilitatis membra. ut confor-
me faceret corpori ecclesie sue. id quod docebat. hanc esse nobis magnam
causam orandi. quando est causa fugiendi. Nec illud adversum est quod
matheus eum prius dicit iussisse discipulos ascendere in naviculam.
et precedere eum trans fretum donec dimitteret turbas. ac deinde dimis-
sis turbis ascendisse in montem solum orare. iohannes vero prius eum in montem
solum fugisse commemorat. ac deinde. ut autem sero factum est inquit descenderunt
discipuli eius ad mare. et cum ascendissent navim. et cetera. Quis enim non
videat hoc recapitulando iohannem postea dixisse factum a discipulis
quod iam iusserat ihc antequam fugisset in montem? Sicut solet in sermone
ad aliquid pretermissum redire quodammodo, sed quia ipse reditus maxime
in brevitate ac puncto temporis factus non commemoratur. putatur plerumque
qui audiunt hoc etiam factum postea esse quod postea dicitur. Sic etiam
quos dixerat ascendisse navim. et venisse trans mare in capharnaum.
dicit ad eos in mari laborantes venisse dominum ambulantem super aquas:
quod utique prius in ipsa navigatione factum est qua veniebant capharnaum.
Lucas autem post narratum de quinque panibus pergit in aliud: et
ab ordine isto digreditur. Neque enim aliquid de navicula illa com-
memorat et de via domini super aquas. sed cum dixisset. et manduca-
verunt omnes et saturati sunt. et sublatum est quod superfuit illis fragmen-
torum cophini duodecim: deinde subiungit. Et factum est cum solus esset

orans. erant cum illo discipuli et interrogauit eos dicens. Quem me
dicunt esse turbe? Iam deinceps aliud narrans. non quod illi tres
qui dominum ambulantem super aquas vidisse ad nauigantes dis
cipulos retulerunt. Nec ideo putari debet in eo monte quo eum dicit ma
theus ascendisse ut solus oraret. dixisse discipulis. quem me dicunt ubi
lucas cum videtur in hoc congruere mattheo. quia dixit. cum solus esset orans.
cum ille dixisset. ascendit in montem solus orare. Sed omnino alibi cum ora
ret et essent cum illo discipuli. hoc interrogauit. Solum quippe lucas dixit
fuisse non sine discipulis sicut matheus et iohannes. quando ab illo dis
cesserunt ut precederent eum trans mare. Iste namque aptissime adiunxit
erant cum illo et discipuli. Proinde solum dixit sine turbis que cum illo non

[S]equitur matheus dicens. Et cum trans **xliiii.** habitabat.
fretasset: venerunt in terram genesareth. Cum cognouissent eum
viri loci illius. miserunt in uniuersam regionem illam et obtulerunt ei
omnes male habentes. et rogabant eum ut vel fimbriam vestimenti eius
tangerent. Et quicumque tetigerunt: salui facti sunt. Tunc accesserunt ad eum
ab ierusolimis scribe et pharisei dicentes. Quare discipuli tui trans
grediuntur traditionem seniorum? Non enim lauant manus suas cum panem
manducant. et cetera usque ad illud ubi ait. non lotis autem manibus man
ducare non coinquinat hominem. Hec et marcus commemorat sine aliqua
repugnantie questione. Nec quod aliud diuerso modo ab alio dicitur: ab eadem
sententia non recedit. Iohannes ab illa nauicula ad quam dominus super ma
re ambulans venit. postea quam exierunt in terram. more suo sermonem
domini intentus. cum ex occasione panis multa precipueque diuina locutum
esse commemorat. postque ipsum sermonem rursus in aliud atque aliud eius
narratio sublimiter fertur. nec tamen in eo quod ab istis digreditur
aliquid ordini istorum illius in alia transitus aduersatur. Quid enim prohibet
intelligi et illos esse sanatos a domino de quibus narrat matheus et mar
cus. et illis qui eum secuti sunt trans mare hec esse eum locutum que
predicabat iohannes. quandoquidem capharnaum quo dicuntur secundum iohannem trans
fretasse. iuxta stagnum est genesar. ad quam terram secundum matheum
dicuntur isse? **xlv.**

[S]equitur itaque matheus post illum sermonem domini. ubi de non
lotis manibus cum phariseis egit. atque ita contexit narrationis or
dinem quatenus ipse transitus indicat verum. etiam que consecute sint
seruans. Et egressus inde ihesus secessit in partes tyri et sydonis.
Et ecce mulier chananea a finibus illis egressa clamauit di
cens ei. miserere mei domine fili dauid. filia mea male a demo
nio vexatur. qui non respondit ei verbum. et cetera usque ad illud ubi
ait. o mulier magna est fides tua fiat tibi sicut vis. et sanata

est filia illius ex illa hora. Hoc de muliere chananaea etiam marcus
commemorat. eundem rerum gestarum ordinem servans. nec afferens aliquam
repugnantie questionem. nisi quod in domo dicit fuisse dominum. cum ad
eum venit eadem mulier pro filia sua rogans. Matheus autem posset quidem
facile intelligi de domo tacuisse. eandem tamen rem commemorasse.
Sed quoniam dicit discipulos domino ita suggessisse. dimitte illam quoniam
clamat post nos. nichil videtur aliud significare. quam post ambulan-
tem dominum mulierem illam voces deprecatorias emisisse. Quomodo
ergo in domo? nisi quia intelligendum est dixisse quidem marcum quod intra-
verit ubi erat ihesus cum prædixisset eum fuisse in domo? Sed quia ma-
theus ait. non respondit ei verbum. dedit agnoscere quod ambo tacue-
runt. in eo silentio fuisse egressum dominum de domo illa: atque ita cetera
contexuntur. que iam in nullo discordant. Quod enim marcus commemorat eum
dominum respondisse de pane filiorum non mittendo canibus. illis inter-
positis dictum est que matheus dicta non tacuit. id est. quia disci-
puli rogaverunt illum pro ea. et quia respondit non se esse missum
nisi ad oves que perierunt domus israel. et quia illa venit. id
est. consecuta est. et adoravit eum dicens. adiuva me. Tunc deinde
dictum est quod euangeliste ambo commemorant. XLVI.

Sequitur matheus ita narrans. Et cum transisset inde ihesus: venit
secus mare galilee. et ascendens in montem. sedebat ibi. Et acces-
serunt ad eum turbe multe habentes secum mutos et claudos. cecos.
debiles. et alios multos: et proiecerunt eos ante pedes eius. Et cura-
vit eos. ita ut turbe mirarentur. videntes mutos loquentes. clau-
dos ambulantes. cecos videntes. et magnificabant deum israel. Ihesus autem
convocatis discipulis suis. dixit. Misereor turbe. quia iam triduo
perseverant mecum. et non habent quod manducent. et cetera usque ad
illud ubi ait. erant autem qui manducaverunt quatuor milia hominum.
extra parvulos et mulieres. Hoc aliud miraculum de septem pani-
bus et paucis piscibus etiam marcus commemorat eodem pene ordine
nisi quia interponit quod nullus alius dicit. de surdo cui dominus aures
aperuit: spuens et dicens. effeta quod est adaperire. Hoc sane
non ab re fuerit admonere in hoc miraculo de septem panibus. quod
duo euangeliste matheus marcusque posuerunt. quia si aliquis eorum id
dixisset qui de illis quinque panibus non dixisset. contrarius ceteris
putaretur. Quis enim non existimaret unum idemque factum esse? non autem
integre et veraciter sive ab illo sive ab aliis sive ab omnibus fuisse
narratum. sed aut illum pro quinque panibus septem dum falleretur comme-

morasse. aut illos pro septē. quinq3: aut utrosq3 mentitos vl'
obliuione deceptos? Hoc ꝫ de duodecī cophinis. et de septē spor
tis opinaret᷑ quasi contrariū. hoc de quinq3 milib9 et quatuor
milib9 eoꝝ qui pascerent᷑. Sed qꝛ illi qui miraculū de septē
panib9 narrauerūt. nec illud de q̄nq3 tacuerūt: neminē
mouet. et utrūq3 factū oēs ītelligūt. Hoc ideo diximus ut
sicubi tā simile inueīt᷑ factū a dño. quod ī aliquo alteri euā
geliste ita repugnare uideat᷑ ut oīno solui nō possit: nichil
aliud ītelligat᷑ q̄ utrūq3 factū esse. et aliud ab alio cōmemo
ratū sicut de centenis. et quinquagenis discumbētib9 cōmemorauim9.
quia si nō etiā illud utrūq3 apud unū inuenirem9: contra
singulos dixisse putaremus.

Sequit᷑ matheus ꝫ dicit. Et dimissa turba ascēdit ī naui
culā. et uēit usq3 ī fines magedan. et cetera usq3 ad illud ubi ait.
generatio mala ꝫ adultera signū querit. et signū nō dabit᷑ ei
nisi signū ione. Hoc etiā ꝫ alibi dixit idē matheus. Unde
etiā atq3 etiā retinendū est. sepius dñm eadē dixisse: ut qđ
existēte contrario solui nō potuerit. bis dictū intelligatur. Huic
sane ordinē etiā marcus tenēs. post illud de septē panibus
miraculū. hoc idē subicit qđ matheus: nisi qđ ī quibusdā
codicib9 legit᷑ non dixit matheus dalmanutha. sed magedan.
Nō aūt dubitandū est eundē locū esse sub utroq3 noīe. Nā ple
riq3 codices nō habēt etiā sedm marcū nisi magedan. Nec illud
moueat qđ marcus nō dicit responsū esse querētib9 signū de
celo. id est. qđ matheus de iona: sed ait dñm respōdisse signū
nō dabit᷑ ei. Intelligendū est eī quale petebāt. hoc est. de celo. Pre
termisit aūt dicē de iona quod matheus cōmemorauit. xlvii.

Sequit᷑ matheus. Et relictis illis abiit. Et cū uenissent
discipli trans fretū. obliti sūt panes sumē. Qui dixit illis.
Intuemini ꝫ cauete a fermēto phariseoꝝ ꝫ saduceoꝝ. ꝫ cetera
usq3 ad illud ubi ait. tūc intellexerūt qꝛ nō dixerat cauendū a fer
mēto panū. sꝫ a doctrina phariseoꝝ ꝫ saduceoꝝ. Hec eadē etiā
marcus atq3 eodē ordine gerit. xlviii.

Sequit᷑ matheus. Uenit ihc ī ptes cesaree philippi. et īterro
gabat discipl'os suos dicēs. Quē dicūt hoīes esse filiū hoīs? At
illi dixerūt. Alij iohem baptistā. alij aūt helyā. alij vō iheremiā
aut unū ex pphetis. et cetera usq3 ad illud ubi ait. et qđcūq3 solue
ritis sup t'rā erit solutū ꝫ ī celis. Hec eodē pene ordine marc9
narrat. sed ille posuit primo de ceco illūiato qđ solus ipse

cmeorat: de illo qui dixit dno. video hoies sicut arbores am
bulātes. Lucas aūt post miraculū illud de qnq3 panib9 hoc re
cordatur atq3 inserit. Cui9 recordationis ordo sicut supra iā oste
dim9 nichil repugnat ordini istoꝝ. Sed potest illud mouere
qđ lucas dnm īt'rogasse discipl'os suos quē illū dicerēt hoīes
tūc dixit. cū esset solus orans. et adesset etiā ipi. Porro marcus
ī via dicit illos hoc ab eodē īt'rogatos: sed eū mouet q̄ nusq̄
orauit ī via. Iā eī dixisse me recolo. ne qs arbitret' qđ hoc
nomē petrus accepit. ubi ait illi. tu es petr9 et sup hanc
petrā edificabo ecclam. Nō eī accepit hoc nomē. nisi ubi
iohes cmeorat ei dictū esse. tu vocaberis cephas qđ īt'ptat'
petrus. Unde nec illo loco unde marcus duodecī discipl'os
noīatim cmeorās dixit appellatos. iacobū et iohēm filios
tonitrui: arbitrandū est nomē accepisse petrū. quia dixit
illic qđ īposuerit ei nomē quo vocaret' petrus. Hoc eī reco
lendo dixit: nō quod tūc factū sit. xlix

Sequit' matheus et dicit. Tūc pcepit discipulis ut ne
mini dicerēt. quia ipē est ihc xpc. Exinde cepit ihc ostēdē
discipl'is suis. quia oportet eū ire iherusolimā et multa pati
a senioribus et scribis. et cetera usq3 ad illud ubi ait. nō sapis
ea que dei sūt sed ea que sūt hoim. Hoc eodē ordiē sbnectūt
marcus et lucas: sed lucas de petro qđ passioni xpi contradix
erit tacet. L.

Seqt' matheus. Tūc ihc dixit discipl'is suis. Si qs vult post me venire. abneget semetipm
et tollat crucē suā et sequat' me. et cetera usq3 ad illud ubi ait
et tūc reddet unicuiq3 sedm opus ei9. Hoc et marcus subiū
git eodē ordinē seruās. sed ipē nō dicit de filio hoīs uēturo
cū angelis suis ut reddat unicuiq3 sedm opus suū: commeo
rat tamē etiā illud dixisse dnm. Qui eī me cfessus fuerit
et vba mea ī generatioē ista adultera et peccatrice: et filius hoīs
cfitebit' eū cū venerit ī glā sua cū angelis suis. Qđ intelli
gi potest ad eādē sententiā ptinere: qua dixit mathe9 ut red
dat unicuiq3 sedm opus suū. Lucas qq3 eādē eodēq3 ordine ā
nectit ~~uerba~~: nō mltū diuerso vboꝝ modo. eādē tamē sen
tentiarū veritate simillimus. Li.

Sequit' mathe9. Amē dico vob: sūt quidā de hic stātibus
qui nō gustabūt mortē. donec videāt filiū hoīs venientē ī
regno suo. Et post dies sex assūpsit ihc petrū et iacobū et
iohem frēm ei9. et ducit illos ī motē excelsū seorsū. et

cetera usque ad illud ubi ait. nemini dixeritis visionem, donec filius hominis a mortuis resurgat. Hec visio domini in monte coram tribus discipulis petro, iacobo, iohanne. ubi etiam de celo illi testimonium paterne vocis perhibitum est a tribus euangelistis eodem ordine commemoratur et ad easdem omnino sententias. sed cetera secundum ea genera locutionum diversa sine ulla sententiarum diversitate. que multis locis superius demonstravimus, videri a legentibus possunt. Quod autem marcus post sex dies factum dicit sicut matheus. lucas autem post octo. non contemptendi sunt si quos monet. sed ratione reddita instruendi. Dies enim quando enuntiamus dicentes post tot dies. aliquando non annumeramus eum in quo loquimur. et eum quo res ipsa futura est quam pronunciamus vel pollicemur. sed medios post quos venerat plenos atque integros illud futurum est. hoc fecit matheus et marcus. excepto eo die quo hic loquebatur ihesus et illo quo exhibuit memoratam in monte visionem. medios autem dies intuentes dixerunt post sex dies. quod ille annumeratis finalibus id est primo atque ultimo dixit post octo dies. eo loquendi modo quo pars pro toto commemoratur. Item quod lucas ait de moyse et helya. et factum est dum discederent ab illo ait petrus ad ihesum. preceptor bonum est nos hic esse: non debet putari contrarium ei quod matheus marcusque ita contexerunt petrum hoc suggessisse quasi adhuc moyses et helyas cum domino loquerentur. Non expresserunt quod tunc. sed tacuerunt potius quod iste addidit. illis discedentibus hoc petrum de tribus tabernaculis faciendis domino suggessisse. Addidit etiam lucas. intrantibus illis in nube. factam esse vocem de nube. quod illi non dixerunt. sed nec contradixerunt. LIII.

Sequitur matheus. Et interrogaverunt eum discipuli dicentes. Quid ergo scribe dicunt. quia helyam oportet primum venire. At ille respondens ait eis. Helyas venturus est et restituet omnia. Dico autem vobis quia helyas iam venit et non cognoverunt eum. sed fecerunt in eum quecumque voluerunt. Sic et filius hominis passurus est ab eis. Tunc intellexerunt discipuli quia de iohanne baptista dixisset eis. Hoc idem marcus hunc ordinem servans commemoravit. et in nulla diversitate discessit: si ipse non addidit intellexisse discipulos quod iohannem significasset dominus dicendo quod helyas iam venerit. LIIII.

Sequitur matheus et dicit. Et cum venisset ad turbam: accessit ad eum homo genibus provolutis. dicens. Domine miserere filio meo quia lunaticus est et male patitur. et cetera usque ad illud ubi ait. hoc autem genus non eiicitur nisi per orationem et ieiunium. Hoc et marcus et lucas eodem etiam ordine commemorant sine ulla inpugnatione

questione.

Sequitur matheus dicens. Conuersantibus autem eis in galilea. liiij. dixit illis ihesus. Filius hominis tradendus est in manus hominum et occident eum. et tertia die resurget. Et contristati sunt vehementer. Hoc eodem ordine marcus lucasque commemorant. lv.

Sequitur matheus. Et cum venisset capharnaum: accesserunt qui didragma accipiebant ad petrum. et dixerunt ei. Magister vester non soluit didragma? Ait. Etiam. et cetera usque ad illud ubi ait. inuenies staterem. illum sumens da eis pro me et te. Solus hoc iste commemorat. quo interposito idem sequitur in quo cum eo etiam marcus et lucas pariter ambulabant.

Sequitur quippe idem matheus et dicit. In illa hora accesserunt discipuli ad ~~ihesum~~ dominum dicentes. Quis putas maior est in regno celorum? Et aduocans ihesus paruulum: statuit eum in medio eorum et dixit. Amen dico vobis nisi conuersi fueritis et efficiamini sicut paruuli. non intrabitis in regnum celorum. usque ad illud ubi ait. sic et pater meus celestis faciet vobis. si non remiseritis unusquisque fratri suo de cordibus vestris. Ex isto aliquanto sermone domini prolixiore. non omnia sed quedam marcus eundem sequens ordinem posuit. quedam etiam ipse que matheus non dicit in sermone. Totus autem sermo quousque eum considerandum suscepimus. a petro solo interpellatur querente quotiens fratri debeat ignoscere. Talia eum dominus loquebatur: ut satis eluceat etiam hoc quod petrus interrogauit eique responsum est ad eundem pertinere sermonem. Lucas autem nisi illud de paruulo quem constituit ante discipulos imitandum. cum de sua magnitudine cogitarent. nichil hoc ordine seruato commemorat. Si qua enim alia similiter dixit. que in isto sermone sunt posita alibi ex aliis occasionibus dicta recoluit. sicut iohannes de remissione peccatorum quod tenebuntur sicut tenuerint. et dimittentur sicut dimiserint. post resurrectionem dictum a domino commemorat. cum matheus in hoc sermone dominum hoc dixisse meminerit. quod et petro antea dictum ~~esse~~ fuisse idem ipse testatur. Eadem itaque sepe ac pluribus locis ihesum dixisse nec ubi moueamur. si ordo dictorum quibusdam repugnare putabitur. sicut iam totiens commendauimus meminisse debemus ne semper admonere necesse sit. lvi.

Sequitur matheus ita narrans. Et factum est cum consummasset ihesus sermones istos. migrauit a galilea et venit in fines iudee trans iordanem. et secute sunt eum turbe multe et curauit eos ibi. Et accesserunt pharisei temptantes eum et dicentes. Si licet homini dimittere uxorem suam quacumque ex causa. et cetera usque ad illud ubi ait qui potest capere capiat. Hoc et marcus commemorat eundem ordinem tenens. Sane uidendum est. ne repugnare videatur quod idem

marcus dicit a domino interrogatos phariseos quid eis moyses pre-
cepit. atque ita illos interrogati respondisse de permisso sibi libel-
lo repudii. cum matheus dixerit verbis domini quibus ostenderat deum instituis-
se masculum et feminam. et propterea non eos debere ab homine separa-
ri. retulisse responsionem: quid ergo moyses mandavit dari libel-
lum repudii et dimittere. Quibus iterum ait. quoniam moyses ad duri-
ciam cordis vestri mandavit vobis dimittere uxores vestras. Ab inicio
autem non sic fuit. Istam et marcus hanc domini responsionem non tacet.
sed postea quam ei responderunt interrogati de libello repudii. In
quo ordine vel modo verborum hoc intelligere debemus ad rei veritatem
nichil interesse. utrum domino responsionem prohibenti et sententiam suam
de lege firmanti ipsi intulerint questionem de libello repudii per
eundem moysen sibi permisso. per quem et illud scriptum est quod deus con-
iunxit masculum et feminam. an hoc idem illi de precepto moysi eos
interroganti responderint. Illa et voluntas eius ita se habebat. ut non
eis redderet rationem cur illud moyses permiserit. nisi prius
ipsi hoc commemorassent. Que voluntas eius ea quam marcus po-
suit interrogatione significata est. Et illorum voluntas illa erat. ut
de auctoritate moysi quoniam mandavit dare libellum repudii: tamquam con-
cluderent eum separationem sine dubio vetaturum. Hoc ei dicturi
etiam temptantes accesserunt. quia voluntas eorum sic expressa est per
matheum. ut non eos commemorasset esse interrogatos. sed ultro intu-
lisse de mandato moysi. quo velut convinceret dominum separationem
coniugum prohibentem. Cum ergo voluntas loquentium cui debent verba ser-
vire euangelistarum demonstrata sit. nichil interest quod diversus
inter utrosque narrandi modus fuerit. dum ab eadem veritate neuter
abscederet. Potest etiam hoc intelligi. quod sicut dicit marcus
prius eos de uxore dimittenda interrogatos. dominus vicissim
interrogaret quid eis precepisset moyses. Qui cum respondissent
moysen permisisse libellum repudii scribere et dimittere: respondit
eis de ipsa lege per moysen data quomodo deus instituerit coniu-
gium masculi et femine. dicens ea que ponit matheus. id est. non
legistis quia qui fecit ab inicio masculum et feminam fecit eos.
et cetera. Quibus auditis. illi id quod ei primo interroganti respon-
derant repecierunt dicentes. quid ergo moyses mandavit dare libel-
lum repudii et dimittere. tunc illum causa ostendisse duricie cordis
~~eorum quam matheus interponit~~ ipsorum. quam marcus brevitatis

causa prius ponit. tu illi post quod matheus interponit eorum res
ponsione reddita. nichil deperire indicans veritati. quocumque
loco eisdem verbis que bis diperant redderetur. quam ipsis eam
reddiderat dominus. lvii.

Sequitur matheus. Tunc oblati sunt ei pueri. vt manus
eis imponeret et oraret. Discipuli autem increpabant eos. et cetera
vsque ad illud vbi ait. multi sunt enim vocati pauci vero electi. Hic
cum matheo marcus ordinem tenuit: sed de conductis operariis
ad vineam solus matheus interponit. lucas autem cum meorasset illud
quod eis dixit querentibus inter se quisnam maior esset. adiunxit de
illo quem viderant eicientem demonia cum eum non sequeretur. Inde
iam digreditur ab istis duobus vbi ait confirmasse faciem suam
vt iret in ierusalem. ac post multa interposita occurrit eis rursus
ad commeorandum diuitem cui dicitur vende omnia que habes. que
nunc isti commeorant ex ordine quo pariter eunt. Nam etiam lu
cas de istis paruulis atque diuitis faciat mentionem. quemadmodum
et isti non pretermittit. De illo quidem diuite qui querit. quid
boni faciam vt vitam eternam consequar. potest videri distare a
liquid quod secundum matheum dicitur. quid me interrogas de bono: secundum
illos autem. quid me dicis bonum. Nam quid me interrogas de bono. ad
illud magis referri potest quod ait ille. querens quid boni faciam.
Ibi enim et bonum nominauit et interrogationem. magister autem bo
ne nondum est interrogatio. Commodissime ergo intelligitur
vtrumque dictum. quid me dicis bonum. et interrogas me de bono.

Sequitur matheus et dicit. Et ascendens ihesus .lviii.
iherusolimam. assumpsit duodecim discipulos suos secreto.
et ait illis. Ecce ascendimus iherusolimam. et filius hominis tra
detur principibus sacerdotum et scribis et condempnabunt eum morte
et tradent eum gentibus ad deludendum et flagellandum et crucifi
gendum. Et tercia die resurget. Tunc accessit ad eum mater fi
liorum zebedei cum filiis suis adorans et petens aliquid ab eo. et ce
tera vsque ad illud vbi ait. sicut filius hominis non venit minis
trari sed ministrare. et dare animam suam redemptionem pro mul
tis. Hunc cum illo ordinem etiam marcus tenet filios zebedei phi
bens dixisse. quod ab eis non per eos ipsos sed per matrem dictum esse ma
theus expressit: cum illa eorum voluntatem attulisset ad dominum. Vn
de magis ipsos quam illam dixisse quod dictum est breuiter intimauit.

Deniqz z dns et scdm matheu z scdm marcu ipis potius
q matri respondit. Lucas at postea q ex eode ordine co
memorauit que de passione z resurrectione sua duodeci
discipulis pdixerat. ptmittit ea que isti comemorant: post
que itposita occurrunt ei ad iericho. Qd at dixerunt ma
theus z marcus de pncipibus gentiu qui dominant' sbiec
tis no ita futuru inter illos. sed eu qui erit maior etia ser
uu alioz futuru: + z ordo ipe indicat iteru esse eande sententia

+ dicit aliqd tale et lucas. sed no eo loco

Sequitur matheus, Et egredientibus lix. a dno dictam.
eis ab iherico. secuta est eu turba multa. Et ecce duo
ceci sedetes secus via. audierunt qz ihc transiret. Et clamaue
runt dicentes. Dne miserere nri fili dauid. et cetera usqz ad illud v
bi ait. et confestim viderunt et secuti st eu. Hoc z marcus comemorat
sed de vno ceco factu. Que questio ita soluitur. vt illa soluta
est de duobus qui legione demonu patiebatur i regione gerasenoz.
Na duoz etia cecoz qs modo itposuit. vnu fuisse notissimu
et i illa ciuitate famosissimu. ex hoc etia satis apparet qd et
nome eius z pris marcus comemorauit. Qd i tot superius sa
natis a dno no facile occurrit: nisi cu iairu archisynagogu
etia noiat. cuius filia resuscitauit ihc. In quo etia magis iste
sensus apparet: qz z ille archisynagogus vtiqz i loco illo fuit
nobilis. Proculdubio itaqz thimeus iste bartimei filius ex aliq
magna felicitate deiectus. notissime z famosissime miserie
fuit: qd no solu cecus. veru etia medicus sedebat. Hic e ergo
qd ipm solu voluit comemorare marcus. Cuius illuiatio tam clara
fama huic miraculo coparauit. q illius nota calamitas. Lucas
vo quuis oino eode modo factu. tame i alio ceco itelligendus
est par comemorare miraculu: et eiusde modi pare modu.
Ille quippe hoc factu dicit cu appropinquaret iherico: ast isti cu
egrederetur ab iherico. Sed nome ciuitatis z facti similitudo
putari suadet semel + factu. sed euangelistas sibi i hoc aduersa
ri. qd vnus dicat. cu appropinquaret iherico. alij cu egrederetur ab
iherico. No sane hoc psuadet. nisi eis qui prodiuius credi
volut metiri euangeliu: q duo similia similiterqz miracula
fecisse ihm. Qd at sit credibilius. et qd potius veru: et ois
fidelis filius euangelij facillime videt. et ois cotentiosus salte
cu admonitus fuerit vel tacedo. vl etia si tacere noluerit
cogitando sibi ipse respondet. lx.

+ esse

Sequitur matheus et dicit. Et cum appropinquaret iherusolimis
et venisset bethfage ad montem oliveti: tunc ihesus misit duos
discipulos dicens eis. Ite in castellum quod contra vos est: et stati
invenietis asinam alligatam et pullum cum ea. et cetera usque ad eum locum
ubi ait. benedictus qui venit in nomine domini osanna in excelsis. Hoc etiam
marcus narrat. eodem ordine custodito. Lucas autem in iherico immoratur.
quedam commemorans que isti pretermiserunt. de zacheo principe publi
canorum et quedam in parabolis dicta. Post hec et ipse occurrit eis
ad huius pulli commemorationem in quo sedit ihesus. Nec moveat quod ma
theus et asinam dicit et pullum: ceteri autem de asina tacent. Immo
etiam recordanda est illa regula quam de quinquagenis et centenis
discumbentibus cum quinque panibus turbe pascerentur supra insinuavimus: qua
insinuata non deberet hoc iam permovere lectorem. nec si matheus ita
de pullo tacuisset quemadmodum illi de asina tacuerunt. ut maxime con
trarium putaretur quod unus asinam dixit. alii pullum asine? quanto minus
moveri oporteret quia unus ita commemoravit asinam de qua ceteri
tacuerunt. ut tamen pullum non taceret de quo illi dixerunt? Ubi ergo
utrumque factum intelligi potest. nulla repugnantia est. nec si alius aliud.
et aliud alius commemorat? quanto minus ut alius unum. alius utrumque?
Iohannes quamvis taceat quemadmodum dominus discipulos suos ad hec animalia
sibi adducenda miserit: interponit tamen breviter hoc de pullo cum
testimonio etiam prophetie quod matheus adhibet. In quo etiam prophe
tico testimonio. aliquantum diversa evangelistarum locutio ab ea quidem
sententia non recedit. sed potest movere quod hoc matheus sic adhi
bet. ut asinam dicat commemorasse prophetam. Non autem ita se habet
vel quod iohannes interponit. vel codices ecclesiastici interpretationis usitate.
Cuius rei causa illa michi videtur. quod matheus hebrea lingua per
hibetur evangelium conscripsisse. Manifestum est autem interpretationem illam
que dicitur septuaginta in nonnullis se aliter habere quam inveniunt in he
breo qui eam linguam noverunt. et qui interpretati sunt singuli eosdem
libros hebreos. Huius itaque distantie causa si queratur. cur tanta
auctoritas interpretationis septuaginta multis in locis distat ab ea
veritate que in hebreis codicibus invenitur: nichil occurrere probabilius
existimo quam illos septuaginta eo spiritu interpretatos. quo et illa que
interpretabantur dicta fuerant. quod ex ipsa eorum que predicatur consen
sione firmatum est. Ergo et ipsi nonnulla in eloquio variando. et ab
eadem voluntate dei cuius illa dicta erant. et cui verba servire debe
bant non recedendo: nichil aliud demonstrare voluerunt quam hoc ipsum
quod nunc in evangelistarum quatuor concordia quadam diversitate mi
ramur: qua nobis ostenditur non esse mendacium. si quisque ita diverso

modo aliqd narret. vt ab eius voluntate cui consonandū ac consen
tiendū est nō recedat. Qd' nosse moribus vtile est ꝓpter cauenda
et iudicanda mendacia. et ipi fidei ne putemus quasi conse
cratis sonis ita muniri veritatē. tanq̄ deus nobis quēadmodū
ipam rē. sic vba que ꝓpter illā sunt dicenda cōmendet. cū potius
ita res que dicenda est sermonibus ꝑ quos dicēda est prefe
ratur. vt istos oino querere nō deberemus. si eā sine hiis nosse
possemus. sicut illā nouit deus et in ipo angeli eius lxi

Sequitur matheus et dicit. Et cū intrasset iherusolimā. cō
mota est vniuersa ciuitas dicens. Quis est hic? Populi autem dicebant
Hic est ihesus ꝓpheta: a nazareth galilee. Et intrauit ihesus in templū
dei. et eiciebat oēs vendentes et ementes in illo. et cetera vsque ad
eū locū vbi ait. vos autem fecistis illā speluncā latronū. Hoc de tur
bis vendentiū eiectis e templo oēs cōmemorant: sed iohes longe diuerso
ordine. Illā post testimoniū iohannis baptiste de ihesu. cū eū
cōmemorasset isse in galileā quando aquā conuertit in vinū.
inde post cōmemorationē paucorum in capharnaū dierū. dicit
eū ascendisse in iherusolimā cū esset pascha iudeorum. et facto fla
gello de resticulis expulisse de templo vendentes. Vnde manifestū
est non semel sed iterū a dnō esse factū. sed illud primū
cōmemoratū a iohanne. hoc vltimū a ceteris. lxii.

Sequitur matheus. Et accesserūt ad eū ceci et claudi in templo:
et sanauit eos. Videntes autem principes sacerdotū et scribe
mirabilia que fecit. et pueros clamātes in templo et dicētes. osan
na filio dauid: indignati sunt et dixerūt ei. Audis qd isti dicūt?
Ihesus autem dicit eis. Vtique. Nunq̄ legistis. quia ex ore infantiū et lac
tentiū perfecisti laudē? Et relictis illis abiit foras extra ciui
tatē in bethaniā. ibique mansit. Mane autem reuertēs in ciuitatē.
esuriit. Et vidit fici arborē vnā secus viā: venit ad eā et nichil
inuenit in ea nisi folia tantū. Et ait illi. Nunq̄ ex te fructus
nascatur in sempiternū. Et arefacta est cōtinuo ficulnea. Et
videtes discipuli mirati sunt dicētes. Quomodo cōtinuo aruit
Respondēs autem ihesus ait eis. Amē dico vobis. si habueritis fidē et nō hesitaueritis: nō solū de ficulnea facietis. sed et si huic
monti dixeritis. tolle te et iacta te in mare: fiet. Et oia que
cumque petieritis in oratione credētes accipietis. Hoc et marcus
dicit consequenter: sed nō eundē ordinē tenet. Primo enim qd
eū in templū matheus dixit intrasse. et eiecisse vendētes

et ementes nō commemorat marcus, sed circumspectis omnibus cū iā vespa esset exisse dicit ī bethaniā cū duodecī: et alia die cū exiret a bethania esurisse. et arbori fici maledixisse quod et matheus commemorat. Et subiungit idē marcus quod venerit iherusolimā. Et cū introisset ī templū eiciat vendentes et ementes: quasi altero die nō primo factū esset. Sed quia matheus ita conectit. et relictis illis abiit foras extra ciuitatē ī bethaniā. unde mane reuertebatur ī ciuitatē arbori maledixisse: probabilius commemorat creditur ipse potius tenuisse ordinē temporis de vendentibus et ementibus et eiectis de templo. Cū ei dicit. et relictis illis abiit foras. quibus relictis intelligi poterit: nisi cū quibus superius loquebatur indignantibus quod pueri clamarent osanna filio dauid? Pretermisit ergo marcus quod primo die factū est cū intrauit ī templū. et recordatus interposuit cū dixisset quod nō inueniret aliquid ī ficulnea preter folia. quod secundo die factū est sicut ambo testantur miratos autem discipulos quod arbor aruerit. et eis dominum respondisse de fide. et de monte ī mare transferendo. nō ipso secundo die quo dixit arbori. iā nō amplius ī eternū quisquam fructū ex te manducet, sed tercio die. Ipso quippe die secundo commemorauit idē marcus de templo eiectos vendentes: quod primo die factum pretermiserat. Ipso ergo secundo die dicit factā vespa egressū de ciuitate. et cū mane transirent vidisse discipulos ficū aridā factā a radicibus. et recordatū petrū dixisse ei. rabbi ecce ficus cui maledixisti aruit. tunc eū de potencia ~~dei~~ fidei respondisse: matheus vero tamquam secundo die hoc totū factū sit. idē et dictū arbori. nunquam ex te fructus nascatur ī sempiternū. et arefactā esse continuo. et videntibus discipulis atque mirantibus illud de virtute fidei fuisse responsū. Unde intelligitur marcū quidē secundo die commemorasse quod primo die factū pretermiserat. de templo scilicet eiectos vendentes et ementes. Matheus vero cū commemorasset quod altero die factū est de arbore maledicta quando mane reuertebatur a bethania ī ciuitatē, pretermisit ea que marcus commemorauit. venisse illū ī ciuitatē et vespe exisse. et mane cū transiret discipulos arborē aridā fuisse miratos. et ei quod secundo die gestū erat quod arbor maledicta est adiunxit illud quod tercio die gestū est. eius ariditate miratos esse discipulos. et de potencia fidei a domino audisse. sic ea coniungens. ut nisi ex marci narratione cogamur intendere ubi et quid matheus pretermiserit nō possit agnosci.

Cū ergo dixisset matheus. et relictis illis abijt foras extra ciui
tatē ī bethaniā T. marcus. reuertēs ī ciuitatē esuriȳt. et uidens T ibiqꝫ mansit
fici arborē vnā secus viā. venit ad eā et nichil īuenit nisi folia
tantū. et ait illi. nūqꝫ ex te fructus nascat' ī sempit'nū. et a
refacta est ꝯtinuo ficulnea: p't'missis ~~ceteris~~ ceteris ad eādē
ptinētibꝫ adiūxit statī. et videntes discipli mirati st' dicētes.
qūmodo ꝯtinuo aruit. qd' alio die viderūt. alio die mirati st'.
Intelligit' nō tūc aruisse quādo viderūt: sed ꝯtinuo quando
maledicta est. Neqꝫ eā arescētē. sed penitus arefactā viderūt:
ac sic eā ꝯtinuo ī verbo dn̄i aruisse ītellexerūt. lxiij.

Seqt' matheus et dicit. Et cū venisset ī teplū: accesserūt
ad eū docētē pn̄cipes sacerdotū ꝫ seniores ppli dicentes.
In qua potestate hec facis? Et qs dedit tibi hāc potestatē? Res
pondēs ihc' dixit illis. Interrogabo vos et ego vnū sermonē:
quē si dixeritis michi. et ego vobis dicā ī qua potestate hec fa
cio. Baptismū iohis vnde erat. et cetera. vsqꝫ ad illud vbi ait.
nec ego vob' dico ī qua potestate hec facio. Hoc totū ꝫ alij duo
marcus et lucas totidē pene v'bis explicauerūt: nec ī ordinē
videt' aliqd inter se discrepare. nisi vnde superius locutus sū.
qd' p't'missis qbusdā matheꝰ ī alterū diē ptinētibꝫ. ita ꝯtexuit
narrationē. vt nisi aduertat' possit putari ipm ī scd'o die ad
huc versari: marcus at ī tercio. lucas v'o nō quasi ex ordinē
dies psequēs hoc subiūxit. sed cū memorasset eiectos de teplo
ementes et vendētes. pt'ermisit qd' exiuit ī bethania et regre
diebat' ī ciuitatē. et qd' de ficulnea fcm̄ est. et qd' mirātibus
discipulis de fidei v'tute responsū est. atqꝫ hijs p't'missis ītulit
dicēs. Et erat cotidie docēs ī teplo. Pn̄cipes at sacerdotū ꝫ scribe
et pn̄cipes plebis querebāt illū pdē: et nō īueniebāt qd facerēt
illi. Oīs eī ppl's suspēsus erat audiēs illū. Et factū est ī vna
dierū docēte illo pplm ī teplo et euāgelizante: cōuenerūt
pn̄cipes sacerdotū et scribe cū senioribꝫ. et aiūt dicētes ad illū.
Dic nob' ī qua ptāte hec facis. et cetera. que etiā duo illi cōme
morant. Vnde apparet nichil eis etiā ipō ordinē repugnare.
quādo id qd' dicit factū ī vna dierū. ea dies ītelligit' ī qua
id gestū illi etiam retulerūt. lxiiij.

Seqt' matheus. Qd at vob' videt'? Homo habebat duos
filios: et accedēs ad p'mū dixit illi. Vade operari in
vinea mea. Ille at respondēs ait. Nolo. Postea at peni
tencia motus. abijt. Accedēs at ad alterū. dixit similit'. At
ille respondēs ait. Eo dn̄e. et nō iuit. et cetera vsqꝫ ad illud

ubi ait. et qui ceciderit super lapidem istum confringetur: super quem vero
ceciderit. conteret eum. Marcus et lucas non commemorant de duobus
istis filiis. quibus imperatum est ut irent et operarentur in vinea. sed
quod post hoc narrat matheus de vinea que locata est agricolis
qui persecuti sunt servos missos ad se. et postea dilectum filium occi-
derunt et eiecerunt extra vineam. etiam illi ambo non tacent eodem
ordine custodito. id est postquam de baptismo iohannis interrogati iudei
se nescire dixerunt. et ipse respondit eis. nec ego dico vobis
in qua potestate hec facio. Nullius ergo hic repugnantie questio
nascitur. nisi quod matheus cum dixisset quod dominus interrogaverit
iudeos. cum venerit dominus vinee quid faciet agricolis. illos res-
pondisse subiungit atque dixisse. malos male perdet. et vineam
locabit aliis agricolis. qui reddant ei fructum temporibus suis. Quod
marcus dictum non ab ipsis esse commemorat. sed dominum hoc conse-
quenter locutum post interrogationem suam ipsum sibi quodammodo res-
pondisse. Ita enim dicit. Quid ergo faciet dominus vinee? Veniet et perdet
colonos. et dabit vineam aliis. Sed facile potest intelligi vel illorum
voce ita subiunctam. ut non interponeretur. illi dixerunt aut illi res-
ponderunt. sed tamen intelligeretur aut ideo responsionem istam domino
potius attributam. quia cum verum dixerunt. etiam de illis hoc ipse
respondit qui veritas est.

Sed illud magis movet. quod lucas non solum eos hoc res-
pondisse non dicit hec etiam verba ipse quoque sicut marcus domino attri-
buens. verum etiam contrariam retulisse responsionem dicentes:
absit. Ita enim narrat. Quid ergo faciet illis dominus vinee? Veniet
et perdet colonos istos et dabit vineam aliis. Quo audito. dixe-
runt illi. absit. Ille autem aspiciens eos ait. Quid est ergo quod scriptum
est. lapidem quem reprobaverunt edificantes hic factus est in
caput anguli? Quomodo ergo secundum matheum illi quibus hec loque-
batur dixerunt. malos male perdet et vineam suam locabit aliis
agricolis qui reddant ei fructum temporibus suis. cum secundum lucam con-
tradixerunt talibus ^ [vobis dicentes. absit.] Et revera quod secutus dominus ait de lapide
reprobato ab edificantibus qui factus est in caput anguli. ita illa-
tum est. ut hoc testimonio convicerat illi parabole contradicentes.
Nam et ipse matheus hoc sic commemorat dictum tamquam contradicentibus
cum ait. Numquam legistis in scripturis. lapidem quem reprobaverunt
edificantes hic factus est in caput anguli? Quid est enim. numquam

legistis? nisi quia hoc responderant quod esset contrarium? Hoc et marcus significat qui hec ipsa verba ita refert. Nec scripturam hanc legistis? lapidem quem reprobauerunt edificantes. hic factus est in caput anguli? Que sententia secundum lucam dicta. magis apparet loco suo dicta post illorum contradictionem qua dixerunt. absit. Tantundem enim valet. sicut hoc etiam ipse ponit. Quid est ergo hoc quod scriptum est. lapidem quem reprobauerunt edificantes hic factus est in caput anguli? Hanc enim sententie voluntatem intimat. siue numquam legistis. siue nec hoc legistis. siue quid est ergo hoc quod scriptum est? Restat ergo ut intelligamus in plebe que audiebat quosdam respondisse quod matheus commemorat dicens. aiunt illi. malos male perdet et vineam suam locabit agricolis aliis. quosdam vero illud quod lucas non tacuit. ~~absit.~~ hoc est. absit. Hiis ergo qui illud domino responderunt illi alii responderunt. absit. sed illorum responsio quibus isti retulerunt absit. propterea domino tributa est a marco et luca. quia sicut dixi per eos veritas est ipsa locuta. siue per nescientes si mali erant. sicut per cayphan qui nesciens quid dixerit, cum esset pontifex prophauit: siue per scientes ac iam intelligentes atque credentes. Ibi enim erat etiam illa multitudo per quam iam erat + prophecia: cum venienti magna celebritate occurrentes acclamarent. benedictus qui venit in nomine domini. + impleta Nec moueat quod idem matheus principes sacerdotum et seniores populi dixit accessisse ad ihesum et quesisse in qua potestate hec faceret. et quis ei dederit hanc potestatem. quando eos de baptismo iohannis vicissim interrogauit unde esset. de celo an ex hominibus. quibus respondentibus quod nescirent. ait. nec ego vobis dico in qua potestate hec facio. Inde enim secutus est contextim loquendo et ait. quid autem vobis videtur. homo habebat duos filios. et cetera. siue ulla cuiusquam ~~rei~~ rei vel persone interpositione secundum matheum sermo contexitur. usque ad hoc quod de locata vinea agricolis commemoratur. Potest enim putari + omnia eum principibus sacerdotum et senioribus populi locutum fuisse: a quibus fuerat de sua potestate interrogatus. Qui utique si temptantes et inimici quesierant. non eos possunt intelligi qui crediderant: atque illud clarum ex propheta testimonium domino perhibuerant. qui etiam modo respondere potuissent non nescientes sed credentes. malos male perdet. et vineam suam locabit aliis agricolis. Hoc omnino mouere non debet. ut ideo

putemus nō fuisse credentes ī illa multitudine que tunc dnī
parabolas audiebat. Tacuit namqz matheus breuitatis causa qđ
lucas non tacet. parabolam istā scilicet nō ad eos solos dictam
qui de potestate īterrogauerant. sed ad plebē. Sic enī ait.
Cepit aūt dicere ad plebē parabolā hanc. Homo qđā plantauit ui
neā et cetera. In hac ergo plebe intelligendū est etiam
illos esse potuisse. qui sic eū audirent quomodo qui dixerant
benedictus q̄ uenit ī noīe dnī. et ipos uel ex ipis fuisse qui
responderunt. malos male pdet et uineā suā locabit aliis agri
colis. quorum responsionē nō solū dno ꝓpterea tribuerunt marcus
et lucas qđ hoc ipse dixisset qui ueritas est. que etiā p malos atqz
nescientes sepe loquitur. occulto quodā instinctu mentē hoīs mouens.
nō sanctitatis merito sed iure ꝓprie potestatis: uerū etiā quia
tales esse potuerunt ut nō frustra ī ipo corpe dnī iā sicut mē
bra deputarentur ut merito eorum uox illi tribueretur cuius mebra
erant qui iā baptizauerat plures qz iohes. et habebat turbas
discipulorum sicut ipi euangeliste sepe testantur. et unde erant
etiā illi quingenti fres. quibus eū apls paulus post resurrectio
nē presentatū esse comemorat. presertī et quia scdm matheū
nō ita dictū est. aiunt illi malos male pdet. ut ī eo qđ posi
tū est illi. pluralis nūs accipiendus sit. tanquam eorum fuerit ista res
ponsio. qui eū de sua potestate dolose īterrogauerant. Sed
aiunt illi dictū est. id est illi ipi dno. singulari pnoīe. non
plurali. Quod ī codicibus grecis sine ulla ambiguitate appa
ret. Est qđā sermo dnī apud euangelistā iohānē. ubi hoc
qđ dico facilius possit intelligi. Dicebat ergo ihc ad eos q̄
crediderunt ei iudeos. Si uos pmanseritis ī sermoē meo:
uere discipli mei eritis et cognoscetis ueritatē. et ueritas libe
rabit uos. Et responderunt ei. Semē abrahe sumus. et nemini
seruiuimus unquam. quomodo tu dicis liberi eritis? Respondit eis
ihc. Amē amē dico uob. qz oīs q̄ facit pctm. seruus ē pcti.
Seruus aūt nō manet ī domo ī etnū. Si ergo uos filius libe ^ filius manet ī etnū
rauerit: uere liberi eritis. Scio qz filii abrahe estis: sed qri
tis me īterficere. qz sermo meus nō capit ī uobis. Nō utiqz
diceret queritis me interficere qui ī eū iā crediderant. qbus
dixerat. si uos manseritis ī sermoē meo. uere discipli mei
eritis. sed quia hoc ad eos iā dixerat qui iā ī eū crediderant.
ea uero multitudo presens erat que plures habebat inimicos.
iā nō exprimente euangelista qui essent qui responderunt.

ex hoc ipso quod responderunt et quod deinde audire meruerunt ab illo. satis apparet que verba quibus sint tribuenda personis. Sicut ergo in hac multitudine secundum iohannem erant qui iam crediderant in ihesum. erant etiam qui eum occidere querebant. sic in illa de qua nunc loquitur erant qui dolose interrogaverant dominum in qua potestate illa faceret. erant etiam qui non dolose sed fideliter clamaverant. benedictus qui venit in nomine domini. ac per hoc erant qui dicerent. perdet illos et vineam suam dabit aliis. Que vox etiam recte ipsius domini fuisse intelligitur. sive propter veritatem. sive propter membra eius cum suo capite unita. Erant etiam qui talia dicerent respondentibus absit. quia intelligebant in semetipsos parabolam dictam. lxv.

Sequitur matheus. Et cum audissent principes sacerdotum et pharisei parabolas eius: cognoverunt quod de ipsis diceret. Et querentes eum tenere. timuerunt turbas. quoniam sicut prophetam eum habebant. Et respondens ihesus dixit iterum eis in parabolis dicens. Simile factum est regnum celorum homini regi. qui fecit nuptias filio suo. Et misit servos suos vocare invitatos ad nuptias. et nolebant venire. et cetera usque ad illud ubi ait. multi enim sunt vocati pauci vero electi. Parabolam istam de invitatis ad nuptias. solus matheus narrat. Simile quiddam etiam lucas commemorat. sed non est hoc. sicut et ordo ipse indicat. quamvis et illud non nullam similitudinem gerat. Quod vero post illam parabolam de vinea et occiso prius filio subnectit matheus. cognovisse iudeos quod in eos totum dictum fuerat. et insidias cepisse moliri. hoc etiam marcus et lucas testantur eodem ordine retinentes. sed inde ipsi pergunt in aliud. et hoc subiungentes quod matheus post istam quam solus interposuit de nuptiis parabolam ex ordine inseruit. lxvi.

Sequitur ergo matheus. Tunc abeuntes pharisei. consilium inierunt ut caperent eum in sermone. Et mittunt ei discipulos suos cum herodianis. dicentes. Magister scimus quia verax es. et viam dei in veritate doces: et non est tibi cura de aliquo. Non enim respicis personam hominum. Dic ergo nobis quid tibi videtur. licet censum cesari dari an non. et cetera usque ad illud ubi ait. et audientes turbe mirabantur in doctrina eius. Hec duo domini responsa. unum de nummo propter tributum reddendum cesari. alterum de resurrectione propter illam mulierem que septem sibimet succedentibus fratribus nupserat.

marcus et lucas similiter narrant. nec in ordine aliquid discrepant. Post parabolam quippe illam de conductoribus vinee. et de iudeis in quos dicta est insidias preparantibus que omnes tres commemorauerunt. pretermittunt hii duo marcus et lucas parabolam de inuitatis ad nuptias. quam solus matheus interposuit: et cum illo iam sequuntur narrantes hec duo. de tributo cesaris. et de muliere septem singillatim virorum. eodem prorsus ordine sine aliqua repugnantie questione. lxvii.

Sequitur ergo matheus et dicit. Pharisei autem audientes quod silencium imposuissent saduceis: conuenerunt in vnum. Et interrogauit ex eis eum vnus legis doctor temptans eum. magister quod est mandatum magnum in lege. Ait illi ihesus. Diliges dominum deum tuum in toto corde tuo. et in tota anima tua. et in tota mente tua. Hoc est maximum et primum mandatum. Secundum autem. simile est huic. Diliges proximum tuum sicut teipsum. In hiis duobus mandatis: vniuersa lex pendet et prophete. Hoc et marcus commemorat eundem ordinem seruans. Nec moueat quod matheus dicit temptantem illum fuisse a quo dominus interrogatus est. lucas autem hoc tacet. et in fine ita concludit. quod ei dominus sapienter respondenti dixerit. non longe es a regno dei. Fieri enim potuit. vt quamuis temptans accesserit. domini tamen responsione correptus sit. aut certe ipsam temptationem non accipiamus malam. tamquam decipere volentis inimicum. sed cautam potius tamquam experiri volentis amplius ignotum. Neque enim frustra scriptum est. qui facile credit. leuis corde minorabitur. lucas autem non hoc ordine. sed longe alibi tale aliquid interponit. Vtrum autem hoc recordetur an alius ille sit cum quo similiter de duobus istis preceptis dominus egit. prorsus incertum est. Hunc autem etiam recte videtur alium esse. non solum propter hominis multam differentiam. sed quia etiam ipse dicitur respondisse domino interroganti. et in sua responsione commemorasse duo ista precepta. Et cum ei dixisset dominus. hoc fac et viues. et illud faceret quod magnum ipse responderat. secutus euangelista ait. Ille autem volens se iustificare dixit. Et quis est michi proximus. Tunc dominus narrauit de illo qui descendit ab iherusalem in iherico. et incidit in latrones. Vnde quia et temptans predictus est. et duo precepta ipse respondit. et post admonitionem domini dicentis. hoc fac et viues. non bonus commendatur cum dicitur de eo. ille autem volens se iustificare: iste autem quem pari ordine matheus marcusque commemorat tam bene commendatus est. vt ei diceret dominus. non longe es a regno dei. probabilius creditur hunc alium esse. non illum.

Sequitur matheus. Congregatis aut phariseis interrogavit eos ihesus dicens. Quid vobis videtur de christo cuius filius est. Dicunt ei david. Ait illis. Quomodo ergo david in spiritu vocat eum dominum dicens. dixit dominus domino meo sede a dextris meis. donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Si ergo david vocat eum dominum quomodo filius eius est. Et nemo poterat ei respondere verbum. nec vt ausus fuit quisquam eum ex illa die amplius interrogare. Hoc consequenter et eodem ordine marcus quoque commemorat. lucas etiam tantummodo tacet de illo qui interrogavit dominum quod esset mandatum primum in lege. Hoc aut pretermisso eundem etiam ipse ordinem servat. et hoc de christo quomodo sit filius david quesisse a iudeis dominum pariter narrat. Nec interest ad sententiam quod secundum matheum cum interrogasset ihesus quid eis videretur de christo cuius esset filius. illi responderunt david: tunc demum intulit. quomodo eum david dominum diceret. secundum illos aut marcum et lucam nec interrogati esse nec respondisse inveniuntur. Intelligere enim debemus post eorum responsionem sententiam ipsius domini a duobus euangelistis insinuatam. quomodo ab illo dicta sit hiis audientibus quos volebat [suo] magisterio utiliter informare. ab scribarum alienare doctrina. qui de christo illud solum sapiebant quod secundum carnem factus erat ex semine david. non aut eum intelligebant deum propter quod erat dominus ipsius david: ideo tamen de illis errantibus dominus ad istos sermonem faciens. quos volebat ab illorum errore liberare. secundum hos duos euangelistas commemoratur. vt quod illis dictum est quomodo dicunt sicut matheus narrat. sic accipiatur non tamen ad illos. sed tamen de illis ad eos potius dictum sit quos volebat instruere. lxviii.

lxix.

Sequitur matheus ita narrationis ordinem tenens. Tunc ihesus locutus est ad turbas et ad discipulos suos dicens. Super cathedram moysi sederunt scribe et pharisei. Omnia ergo quecumque dixerint vobis servate et facite: secundum opera vero eorum nolite facere. Dicunt enim et non faciunt. et cetera vsque ad illud vbi ait. non me videbitis amodo donec dicatis. benedictus qui venit in nomine domini. Similem sermonem habuisse dominum adversus phariseos et scribas legisque doctores lucas quoque commemorat: sed in domo cuiusdam pharisei qui eum vocaverat ad convivium. Quod vt narraret digressus erat matheum. circa illum locum vbi ambo commemorant quod dictum est a domino de signo ione trium dierum et noctium. et de regina austri. et de ninivitis. et de spiritu immundo qui redit et invenit mundatam domum. Post quem sermonem dicit matheus. Adhuc

eo loquente ad turbas: ecce mater eius et fratres foris stabant querentes loqui ei. Lucas autem in eo sermone domini commemorat etiam quedam que matheus dixisse dominum post misit. ab ordine quem cum matheo tenuerat ita digreditur. Et cum loqueretur inquit. rogauit illum quidam phariseus ut pranderet apud se. Et ingressus domum. discubuit. Phariseus autem ~~apud se~~ cepit intra se reputans dicere. quare non baptizatus esset ante prandium. Et ait dominus ad illum. Nunc vos pharisei. quod deforis est calicis et catini mundatis. Atque hinc etiam cetera in eosdem phariseos et scribas et legis doctores talia dicit: qualia matheus hoc loco. quem nunc considerandum suscepimus. Quamquam matheus ita ista commemoret. ut prius domum pharisei illius non nominet. non tamen locum exprimat. ubi dicta sint aliqua que repugnent domui illi. tamen quia iam venerat dominus in ierusalem a galilea. et post eius aduentum ita superiora usque ad hunc sermonem contexuntur. ut probabiliter accipiatur in ierusalem gesta: lucas autem illud narrat cum adhuc dominus iter ageret in ierusalem. videtur michi similes duo esse ~~sermo~~ sermones. quorum ille alterum. alterum iste narrauit.

Sane considerandum est. quomodo hic dictum sit. non me videbitis amodo donec dicatis. benedictus qui venit in nomine domini: cum secundum eundem matheum iam hoc dixerit. Et lucas eum dicat hoc responsum a domino illis qui eum monuerant ut iret inde. quoniam vellet eum herodes occidere. Ubi etiam adversus ipsam ierusalem ea prorsus verba ab illo esse dicta commemorat que hic matheus sibi ei narratur secundum lucam. In ipsa die accesserunt quidam phariseorum dicentes illi. Exi et vade hinc: quia herodes vult te occidere. Et ait illis. Ite dicite vulpi illi. Ecce eicio demonia et sanitates perficio hodie et cras: et tertia consummabor. Verumtamen oportet me hodie et cras et sequenti ambulare. quia non capit prophetam perire extra ierusalem. Ierusalem ierusalem que occidis prophetas: et lapidas eos qui mittuntur ad te. Quotiens volui congregare filios tuos quemadmodum avis nidum suum sub pennis. et noluisti. Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Dico autem vobis. quia non me videbitis donec veniat cum dicatis. benedictus qui venit in nomine domini. Narrationi quidem huic luce non quod videtur adversari quod turbe dixerunt domino venienti ad ierusalem. benedictus qui venit in nomine domini. Secundum ordinem quippe luce nondum illuc venerat. et nondum dictum erat: sed quia non dicit quod inde tunc abscesserit. ut non veniret nisi eo tempore quo iam illud diceretur. perseuerat quippe in itinere suo donec veniat

in ierusalem. atque illud quod ait. ecce eicio demonia et sanitates perficio ho
die et cras. et tercia consummabor. mistice ab illo et figurate dicta
intelliguntur. neque enim eo die passus est qui est ab hoc die tercius.
cum continuo dicat. oportet me hodie et cras et sequenti ambulare
cogit profecto etiam illud mistice intelligi quod ait. non me videbitis
donec veniat cum dicetis. benedictus qui venit in nomine domini: de illo suo
adventu quo in claritate venturus est hoc significans. et illud quod
ait. eicio demonia et sanitates perficio hodie et cras et tercia consummor.
referuntur ad corpus eius [quod est ecclesia.] Expelluntur enim demonia. cum relictis pater
nis supersticionibus credunt in eum gentes. et perficiuntur sanitates. cum secundum
eius precepta vivitur. postea quam fuerit dyabolo et huic seculo renunciatum
usque in finem resurrectionis: qua tercia consummabitur. hoc est ad plenitudinem
tudinem angelicam per corporis etiam inmortalitatem perficietur ecclesia. Qua
propter ordo iste mathei nequaquam putandus est in aliud aliquid esse digressus
sed lucas magis intelligendus est vel preoccupasse que gesta sunt
in ierusalem. et recordando interposuisse antequam eius narratio dominum perduceret
in ierusalem. aut eidem civitati iam appropinquantem respondisse talia monentibus
tibus ut caveret herodem. qualia matheus eum dicit etiam turbis locutum
cum iam pervenisset in ierusalem. atque illa omnia pacta essent que supra narrata sunt.

Sequitur matheus et dicit. Et egressus ihesus de templo ibat. lxx.
Et accesserunt discipuli eius ut ostenderent ei edificationes
templi. Ipse autem respondens dixit eis. Videtis hec omnia? amen dico
vobis non relinquetur hic lapis super lapidem qui non destruatur. Marcus
etiam commemorat hoc eodem pene ordine post aliquantam digressionem
ad hoc factam ut ~~hoc~~ commemoraret de vidua que misit duo mi
nuta in gazophilatium. quod cum eo lucas solus commemorat. Ita etiam
secundum marcum postea quam illud dominus egit cum iudeis quomodo acciperent
christum filium david. ea narrantur que dicit de cavendis phariseis
et ypocrisi eorum. Quem locum latissime matheus persecutus est. et
plura ibi dicta narravit. atque ideo post eundem locum quem breviter
perstrinxit marcus. et copiose digessit matheus. nichil amplius
marcus intulit sicut dixi quam de illa vidua pauperrima et uber
rima. ac deinde subiungit ea quibus matheo cohereret dicens de tem
pli futura eversione. Lucas quoque post illud de christo quomodo esset
filius david. pauca de cavenda ypocrisi phariseorum commemorat.
inde sicut marcus pergit ad viduam que duo minuta misit in ga
zophilacium. deinde subiungit de templi futura eversione quod matheus
et marcus secreto discipulis dominum interrogantibus quod signum
sui adventus esset. , lxxi .
Sequitur matheus dicens. Sedente autem eo super montem oliveti.

accesserūt ad eū discipli secreto dicētes. Dic nob' quando hec
erūt, et qd' signū aduētus tui et ꝯsūmatiōis sc̄li. Et respondēs
ihc̄ dixit eis. Videte ne qs vos seducat. Multi eñ venient
ī noīe meo dicētes ego sū xp̄c ⁊ multos seducēt. et cetera
vsqꝫ ad illud vbi ait. et ibūt hij ī suppliciū etn̄ū. iusti autē
ī vitā etn̄ā. Hūc iā istū ꝓlixū sermonē dn̄i scd̄m tres euā
gelistas. matheū. marcū ⁊ lucā ꝯsideremꝰ. Eūdē qppe tenē
tes ordinē ista contexūt. Dicūt qd̄e singuli aliqua etiā sin
guli ꝓpria. ī qbꝰ nulla est repugnātie metuēda suspicio. de
hijs at que pariter dicūt. necubi sibimet adūsari putētur
videndū est. Neqꝫ eñ dici potest si aliqd tale occurrerit. aliud
esse atqꝫ alibi a dn̄o similiter dictū, quando eodē loco rerū
ac tp̄m. oīm triū versat᷑ narratio. Sane qd' earūdē sente
tiarū dn̄o dictarū nō eūdē oēs ordinē seruāt. nichil ad rē
ꝑtinet vel itelligendā vel īsinuandā: dū ea que ab illo dc̄a
referūt᷑. nō sibimet aduersent᷑. Qd' g° matheus ait. et p̄
dicabit᷑ hoc euāgeliū regni ī vniūso orbe ī testimoniū oībꝰ
gētibꝰ. et tūc veīet ꝯsūmatio: etiā marcus eodē ordīe ita
ꝯmeōrat. In oēs gētes p̄mū oportet p̄dicari euāgeliū. Nō
dixit. et tūc veīet ꝯsūmatio. sed hoc significat qd' ait p̄mū.
id est. et ī oēs gētes p̄mū oportet p̄dicari euāgeliū: qz illi de
fine īterrogauerāt. Cū ergo dicit. p̄mū oportet ī oēs gētes
p̄dicari euāgeliū. significat vtiqꝫ p̄mū anteq̄ veīat ꝯsum
natio. Itē qd' matheus ait. cū ergo videritis desolationē
abhominatiōis que dicta est a daniele stantē ī loco sc̄o.
qui legit itelligat: hoc marcus ita dicit. Cū at videritis ab
hominationē desolatiōis stantē vbi nō debet: qui legit itelligat.
In qua mutatiōe verbi exponit eandē sententiā. Ideo qppe vbi
non debet: quia ī loco sc̄o non debet. Lucas at nō ait. cū vide
ritis abhominationē desolatiōis stantē ī loco sc̄o. aut vbi nō
debet. sed ait. cū at videritis circūdari ab exercitu ihr̄lm.
tūc scitote quia appropiquat desolatio eius. Tūc ergo erit
abhominatio desolatiōis ī loco sc̄o. Qd' at ait matheus. tūc
q ī iudea sūt fugiāt ad mōtes. et q ī tecto nō descendāt aliqd
tollē de domo sua. et q ī agro nō reuertat᷑ tollē tunicā suā.
totidē pene vbis etiā marcus ꝯmeōrat. Lucas at. tūc qui
ī iudea sūt iqt fugiāt ī mōtes: hoc sicut illi duo. cetera vero
aliter. Seqt᷑ eñ ⁊ dicit. Qui ī medio eiꝰ discedat. ⁊ qui ī re

gionibus nō intret ī eā, qr dies vlcionis hij sᷠt, vt ipleant
oīa que scripta sᷠt. Satis diuersū videt qd' illi duo dixerūt.
et qui sup tectū non descendat aliqd tollē de domo. et qd' iste
dicit. et qui ī medio eius discedat. nisi forte qr perturbatio
magna erit. tam magno instante periculo illis quos īclusisset
obsidio. qd' significat dicendo. qui ī medio eius erūt ī tecto. atto-
niti et volētes videre qd īpediat vel quo euadendū sit. Sed
quomodo ait discedat, quando supra dixit. cū aūt videritis cir-
cudari ab exercitu ihrlm. nā illud qd' sequit. qui ī regionibus
nō intret ī eā, videt ad congruā ptinē admonitionē. et
potest obseruari vt qui extra sᷠt nō intret ī eā. qui aūt ī me-
dio. quomodo discedat ab exercitu iā ciuitate circūdata? An
hoc est esse ī medio eius. quādo iā ita periculū vrgebit. vt
tēporaliter ad presentē vitā tuendā nō possit euadi? Et
quā tūc parata debet esse aīa ac libera. nec carnalibus
desiderijs occupata et oppressa. hoc significat qd' ab illis duobus
dictū est ī tecto vl' sup tectū. vt qd' iste ait discedat. id est. nō
iā vite huius desiderio capiat. sed ī aliā vitā migrare pa-
rati sint. hoc illi duo dixerūt nō discedat aliqd tollē de domo.
id ē. nullo affectu ?īdinet ī carnē. tanquā aliqd inde comodi percep-
turus. Et qd' iste ait. et qui ī regionibus nō intret ī eā. id est.
qui iā bono proposito cordis extra illā facti sᷠt. nō eā rursus
carnali cupiditate desideret. hoc illi dixerūt. qui ī agro est
nō reuertat retro tollē vestimētū suū. tanquā iterū īuolui
curis quibus erat exutus. Qd' vō ait matheus. orate aūt vt nō
fiat fuga vrā hyeme vl' sabbato. hinc marcus partē dixit.
partē tacuit. Orate vō igitur vt hyeme nō fiat. Lucas aūt nō dixit.
sed tamē dixit aliqd solus. qd' michi videat hāc ipām que
ab ipsis obscura est posita illustrasse sententiā. Ait eī. Atten-
dite aūt vobis ne forte grauent corda vrā ī crapula et ebrie-
tate et curis huius vite. et superueniat ī vos repētina dies illa.
tanquā laqueus eī superueniet ī oēs qui sedēt sup faciē orbis t're.
Vigilate itaque oī tpe orātes. vt digni habeamini fugē ista
oīa que futura sᷠt. et stare ante filiū hoīs. Hec intelligit
fuga quā matheus commemorat: que nō debet fieri hyeme
vel sabbato. Ad hyemē aūt ptinēt. cure huius vite quas
lucas apte posuit: ad sabbatū vō. crapula et ebrietas. Cure
quippe tristes sūt velut hyemps. crapula vō et ebrietas. carna-
li leticia luxuriaque. cor submergit atque obruit. Qd' malū prece-

sabbati nomine significatum est: quia hec erat iam sicuti et nunc est
iudeorum pessima consuetudo. illo die deliciis affluere. dum
spirituale sabbatum ignorant. Aut si aliud aliquid in illis secundum
matheum et marcum verbis intelligendum est. aliud aliud etiam
lucas dixerit, dum tamen nulla repugnantie questio moueatur.
Neque enim nunc euangelia exponenda suscepimus: sed falsitatis
uel fallacie calumpniis defendenda. Alia vero que hoc sermone
matheus posuit concordia cum marco nichil habent questionis. que
autem cum luca. non in hoc sermone lucas ea posuit cuius huic
ordo concordat, sed alibi talia uel recordatur atque inserit pre
dicando. vt prius commemoret que post a domino dicta sunt. vel bis
a domino dicta facit intelligi et nunc secundum matheum. et tunc secundum

Deinde sequitur matheus. Et factum est cum consummasset lxxij. Capitulum.
ihesus sermones hos omnes. dicit discipulis suis, Scitis
quia post biduum pascha fiet et filius hominis tradetur ut crucifi
gatur. etc. Huic attestantur alii duo marcus et lucas ab eodem or
dine non recedentes: neque hoc tamen a domino dictum intimant. Hoc enim
intimare ~~pretermiserunt~~ pretermiserunt. Ait enim marcus. erat pascha
et azima post biduum. et lucas. appropinquabat autem dies festus
iudeorum qui dicitur pascha, Sic ergo appropinquabat ut esset post
biduum. sicut alii duo apertius consonant. Iohannes vero tribus quidem locis
eiusdem diei festi appropinquitatem cum aliis duobus superioribus locis
narraret. tertio autem loco apparet eius narratio circa ipsa versari
tempora. ubi hoc etiam illi tres intimant. id est. impendentis iam domine pas
sionis. Sed hoc videri potest parum diligenter intuentibus esse con
trarium. quod matheus et marcus postea quam dixerunt pascha post
biduum futurum. deinde commemorauerunt quod erat ihesus in bethania ubi
de vnguento illo precioso dicitur. iohannes autem ante sex dies pasche
dicit ihesum venisse in bethaniam. de vnguento eandem narraturus
Quomodo ergo secundum illos duos post biduum futurum erat pascha
cum postea quam id dixerunt inueniantur cum iohanne in bethania illud
de vnguento quod ipse narrat. tunc autem ipse dicat post sex dies
futurum pascha. Sed qui ita mouentur. non intelligunt matheum
et marcum illud quod in bethania de vnguento factum erat reca
pitulando posuisse. non post illam de biduo predicationem suam.
sed ante iam factam cum adhuc sex dies essent ad pascha. Non
enim quisquam eorum cum dixisset post biduum futurum pascha. sic ad
iunxit de illo facto in bethania vt diceret. post hec cum esset be

thanie , Sed matheus q̇dē . cū at̄ esset iq̇t ih̄c ī bethania . marc̄ at̄ . cū esset ih̄c bethanie . qd' vtiq̄ꝫ itelligit᷑ . et anteq̄ illa di ceret᷑ que ante biduū pasche dicta sᷠ . Sicut ergo ex iohis narratione colligit᷑ ante sex dies pasche veīt ī bethaniā : ibi factū est illud quiniū . vbi de vnguēto p̄cioso fit cōmēo ratio , Inde veīt ierusolimā sedēs sup̄ asellū . deīde postea gerūt᷑ ea que narrāt post ei9 huc aduētū ierusolimis gesta . Ex illo ergo die quo veīt ī bethaniā atq̄ꝫ illud de vn guēto factū est . vsq̄ꝫ ad diē quo ista oīa facta atq̄ꝫ dicta sūt . ītelligim9 etiā euāgelistis nō ɢmēorantib9 consūptū fuis se quatriduū : vt occurret dies quē ante biduū pasche duo diffinierūt . lucas at̄ ait . cū appropīquabat dies festus azi mor̄ . nō expressit biduū : sed hac p̄pīquitate quā cōmēo rauit . ī ipō interuallo bidui debem9 accipere . Iohēs vēo cū dicit . p̄ximū ēat pascha iudeor̄ : nō hoc biduū vult ītelli gi . sed sex dies ante pascha . Proinde cū quedā post hoc dictū ɢmēorasset . tūc iā volēs ostende q̄ p̄ximū fuisse pas cha dixisset . ih̄c g° ante sex dies pasche veīt iq̇t ī bethaniā vbi fuēat lazarus mortuus quē suscitauit ih̄c , Fecerūt at̄ ei cenā ibi , Hoc illud est qd' cōmēorant recapitulātes ma theus ⁊ marcus : cū iā dixisset post biduū futurū pascha . Recapitulando ergo ad diē illū redeūt ī bethaniā qui ēat ante dies sex pasche . et narrāt qd' iohēs de cena et vnguēto vnde venturus ēat ierusolimā . et p̄actis illic que narrata sᷠ p̄uēturus ad diē qui ēat ante biduū pas che vnde isti digressi sᷠ . vt recapitulando ɢmēorarent qd' ante ī bethania de vnguēto gestū est . Cui9 rei p̄acta narratiōe . illuc iterū redeūt vnde digressi fuerāt : idē vt iā sermo dn̄i narret᷑ quē habuit ante biduū pasche . Nā si tollam9 de medio qd' gestū ī bethania digredientes ab ordīe recolēdo ⁊ recapitulādo narrarūt et ipīm ordiꝫ ɢtexamus : ita sermo dirigit᷑ s̄cdm̄ matheū dicēte dn̄o Scitis qr̄ post biduū pascha fiet . et fili9 hoīs tradet᷑ vt crucifigat᷑ . Tūc ɢgregati sᷠ p̄ncipes sac̄dotū ⁊ senio res p̄p̄li ī atriū p̄ncipis sac̄dotū qui dicit᷑ cayphas . et cō siliū fecerūt vt ih̄m dolo tenerēt ⁊ occiderēt . Dicebāt autē . Non ī die festo . Ne forte tumultus fiet ī p̄p̄lo ,

Tunc abiit unus de duodecim qui dicebatur iudas scarioth ad principes sacerdotum. et cetera. Inter illud enim quod dictum est. ne tumultus fieret in populo. et illud quod dictum est. tunc abiit unus de duodecim qui dicitur iudas. interpositum est illud de bethania quod recapitulando dixerunt. quo nos pretermisso contexuimus narrationem: ut insinuaremus non repugnare ordinem temporum. Secundum marcum autem eodem bethanie convivio quod recapitulando et ipse interposuit similiter pretermisso. ita se ordo narrationis tenet. Erat autem pascha et azima post biduum. Et querebant summi sacerdotes et scribe quomodo eum dolo tenerent et occiderent. Dicebant enim. Non in die festo. Ne forte tumultus fieret in populo. Et iudas scarioth unus de duodecim abiit ad summos sacerdotes ut proderet eum. et cetera. Iam hic intelligitur quod intra illud quod dictum est. ne forte tumultus fieret in populo. et illud quod adiunximus. et iudas scariothis unus ex duodecim. positum est illud in bethania quod recapitulando dixerunt. Lucas sane ipsam rem gestam in bethania pretermisit. Hec diximus propter sex dies ante pascha quod dixit iohannes cum in bethania rem gestam narraret. et biduum ante pascha quod matheus marcusque dixerunt. cum post hoc a se dictum illud ipsum in bethania quod iohannes commemorarent.

Sequitur ergo matheus ab eo loco ubi finem fecerimus considerande narrationis. et dicit. Tunc congregati sunt principes sacerdotum et seniores populi in atrium principis sacerdotum qui dicebatur cayphas. et consilium fecerunt ut ihesum dolo tenerent et occiderent. Dicebant autem. Non in die festo. Ne forte tumultus fieret in populo. Cum autem esset ihesus in bethania in domo symonis leprosi. accessit ad eum mulier habens alabastrum unguenti preciosi. et effudit super caput ipsius recumbentis. et cetera usque ad illud ubi ait. dicetur quod et hec fecit in memoriam eius. Hinc iam de muliere atque unguento precioso quod in bethania gestum est consideremus. Lucas enim quamvis simile factum commemoret. nomenque conveniat eius apud quem convivabatur dominus. nam et ipsum symonem dicit. tamen quia non est contra naturam vel contra morem hominum. ut si potest unus homo nomina habere duo: multomagis possint et unum nomen habere homines duo: potius credibile est alium fuisse illum symonem non leprosum. in cuius domo hoc in bethania gerebatur. Nam nec lucas rem gestam in bethania dicit quam narrat. Et

quis nō cōmemoret ciuitatē aut castellū ubi factū sit: tamen
nō uidetur ī eodē loco uersari eius narratio. Nichil itaq; a
liud itelligendū arbitror, nisi non quidē aliā fuisse mulierē
que peccatrix tūc accessit ad pedes ihu & osculata est. et
lauit lacrimis. et tersit capillis. et unxit unguēto. cui dns
adhibita similitudine de duobus debitoribus ait dimissa esse
pctā multa quoniā dilexit multū. sed eandē mariā bis hoc fe
cisse. semel scilicet qd' lucas narrauit. quando primo acce
dens cū illa hūilitate et lacrimis meruit remissionē pctorum
Nā hoc & iohes quamuis nō sicut lucas quēadmodū factū est
narrauerit. tamē ipam mariā cōmendās cōmemorauit. cū
iā de lazaro resuscitando cepisset loqui anteq̄ ueniret ī be
thaniā. qd' ibi ita narrat. Erat at quidā languēs lazarus
a bethania. de castro marie & marthe sororum eius. Maria at
erat que unxit dnm unguēto et extersit capillis suis pedes
eius. cuius frater lazarus infirmabatur. Hoc dicēs iohes attestatur
luce: qui hoc ī domo pharisei cuiusdā symonis factū esse nar
rauit. Jā itaq; hoc maria fecerat. Qd' at ī bethania rursus
fecit. aliud est: qd' ad luce narrationē nō ptinet: sed pa
riter narratur a tribus. iohāne scilicet matheo et marco.
Inter istos igitur tres. matheū marcū & iohēm quēadmo
dū hoc conueniat. attendamus: de quibus nō est dubiū qd' eādē
rē gestā narrent ī bethania. ubi etiā discipli qd' oēs tres
cōmemorant murmurauerūt aduersū mulierē. tanquā de pdi
tione pciosissimi unguēti. Qd' ergo matheus & marcus
caput dni unguēto illo pfusū dicunt. iohes at pedes:
regula illa ostenditur non esse cōtrariū quā demonstrauimus
cū de quinq; panibus pascēt turbas. Ibi eī quia nō defuit qui
et quinquagenos & centenos discubuisse cōmemoraret. cū alius
quinquagenos diceret: nō potuit uideri contrariū. Potuisset
at. si alius centenos tantū posuisset sicut alius quinquagenos:
et tamē debuit īueniri utrūq; factū esse. Quo exēplo ~~nos~~ ī
formari ~~oportuit~~ nos oportuit sicut illic admonui etiā
ubi singula euāgeliste cōmemorāt utrūq; factū itelligere.
Proinde non solū et hic caput sed & pedes dni accipiamus
pfudisse mulierē: nisi forte qd' marcus fracto alabastro
pfusū caput cōmemorat. tam quisq; absurdus & calumpniosus

est. ut aliquid in vase fracto neget remanere potuisse. unde etiam
pedes perfunderet. Sed cum iste contenderit sic esse fractum. ut
nichil ibi residui fieret. nitens adversus veritatem evan-
gelii. quanto melius et religiosius contendit alius non esse
ita fractum ut totum effunderet. nitens pro veritate euangelii?
Ille autem calumpniator si tam pertinaciter cecus est. ut euangelis-
tarum concordiam de alabastro fracto frangere conetur: prius
accipiat perfusos pedes antequam illud fractum esset. ut in integro
remaneret unde etiam caput perfunderet. ubi fractura
illa totum effunderet. A capite quippe nobis ordinate consuli
agnoscimus: sed ordinate etiam nos a pedibus ad caput ascen-
dimus. Cetera facti huius multa michi videntur habere questionem.
Quod enim alii dicunt discipulos murmurasse de unguenti effu-
sione preciosi. iohannes autem iudam commemorat et ideo quia fur erat.
manifestum puto esse discipulorum nomine eundem iudam significatum:
locutione illa quam de philippo in quinque panibus insinuavimus.
plurali numero pro singulari usurpato. Potest etiam intelligi
quod et alii discipuli senserint hoc aut dixerint. aut eis iuda
dicente persuasum sit. atque omnium voluntatem matheus et marcus
etiam verbis expresserint. sed iudas propterea dixerit. quia
fur erat. ceteri vero propter pauperum curam. iohannem autem de solo
illo id commemorare voluisse. cuius ex hac occasione furandi
consuetudinem credidit intimandam. lxxiii.

Sequitur matheus. Tunc abiit unus de duodecim qui dicitur
iudas scarioth ad principes sacerdotum. et ait illis. Quid michi
vultis dare? ut ego vobis eum tradam? At illi constituerunt ei tri-
ginta argenteos. usque ad illud ubi ait. et fecerunt discipuli si-
cut constituit illis ihesus et paraverunt pascha. Nichil in hoc ca-
pitulo contrarium putari potest. marcus et lucas qui hoc
similiter idem narrant. Quod enim dicit matheus. ite in civitatem
ad quendam et dicite ei. magister dicit. tempus meum prope est. apud te
facio pascha cum discipulis meis. eum significat quem marcus
et lucas dicunt patremfamilias vel dominum domus. in qua eis
cenaculum demonstratum est ubi pararet pascha. Quod ergo in-
posuit matheus ad quendam. tamquam ex persona sua studio brevi-
tatis illum compendio voluit insinuare. Si enim dixisset ite in civita-
tem et dicite ei. magister dicit. tempus meum prope est. apud te facio pascha

cū discipulis meis. tūc civitati dicendū esset acciperet: ac p hoc non ex dn̄i cuius mandatū narrabat. sed ex sua psona ipe posuit ad quēdā iussisse dn̄m ut irent. ne haberet necesse totū dicere. cū hoc illi ad insinuandā iubetis sentēciā sufficere videret. Ita nemine sic loqui. ut dicat. ite ad quēdā. quis nesciat. Si ei diceret. ite ad quēcūqz aut ad quelibet. posset esse integra locutio. sed nō esset certus homo ad quem mitteret: cū eū certū ostendat quibus tacito noīe eius marcus et lucas. Sciebat quippe dominus ad quē mitteret. Et ut eū etiā illi quos mittebat invenire possent premonuit qd' īdiciū sequerent. de hoīe gestante aque lagenā vl' amphorā. ut eū secuti ad domū quā volebat venirent. Cū itaqz non hic posset dici. ite ad quelibet. qd' integritas quidē locutionis admittit. sed hoc loco rei huius que insinuabatur veritas nō admittit. quātominus hic dici potuit. ite ad quēdā. qd' omino nūquam recta locutionē dici potest. Sed plane ad quēdā hoiem. id est. ad certū aliquē missū esse manifestū est. qd' nobis ex psona sua recte potuit euāgelista narrare. ut diceret. misit eos ad quēdā ut diceret ei apud te facio pascha. Potuit etiā sic. misit eos ad quēdā dicēs: ite dicite ei. apud te facio pascha. Ac p hoc cū verba dn̄i posuit dicētis. ite in civitatē. interposuit ipse ad quēdā: non quia dn̄s hoc dixerit. sed ut ipe nobis insinuaret tacito noīe quēdā fuisse in civitate ad quē dn̄i discipli mittebant ut pararent pascha: et sic post hoc hanc ex psona sua interpositionē duorū vborū sequit ordinē dn̄i dicētis. et dicite ei. mgr̄ dicit. Iā vero si queras cur responderet illi cuidā homi ad quē misisse insinuauit euāgelista. cū ex psona sua interposuisset ad quēdā. minus quidē usitata locutio. sed tamē sic intellecta integerrima est. Aut si habet aliqd proprietatis hebrea lingua. qua phibetur scripsisse matheus. ut etiā totū ex psona dn̄i dictū locutionis integritate non careat: viderint qui noverint. Hanc ita posset etiā latine dici. si diceret. ite in civitatē ad quēdā. quē vobis demōstraverit homo qui vobis occurrerit lagenā aque portās. Hoc modo

iubenti sine ambiguitate posset obtemperari. velut etiā si diceret. ite ī ciuitatē ad quēdā qui manet ī illo aut illo loco. ī tali vel tali domo. cū expressione loci et designatiōe domus. posset ītelligi. posset fieri. Hiis atqz huiusmodi tacitis indiciys qui dicit. ite ī ciuitatē ad quēdā et dicite ei: ideo non potest audiri q'a certū aliquē wlt ītelligi cū dicit ad quēdā. et nō exprimit quomodo dinoscat'. Qd' si ex p sona dictū euāgeliste illud īterpositū acceperimꝰ. erit q̄dē necessitate breuitatis subobscura locutio. sed tamē integra. Qd' v'o marcus lagenā aque dicit. quā lucas amphorā. ille vasis genus. ille ꝯ modū significauit. vterqz veritatē sentētie custodiuit.

Sequitur matheus. Vespe āt facto: discubebat cū duodecī discipulis. Et edētibus illis dixit. Amē dico vobis. quia vnus vrm̄ me traditurus est. Et cōtristati valde ceperūt singuli dicere. Nuq̄d ego sū dn̄e, et cetera vsqz ad illud vbi ait. respondēs āt iudas q̄ tradidit eū. dixit. Nuq̄d ego sū rabbi ? Ait illi. Tu dixisti. In hiis que considerāda nūc p̄posuimꝰ. nichil afferūt questiōis etiā ceteri euangeliste qui talia cōmemorant. Explicit lib' s'cd's

Incipiūt ca'la libri t'cij bti augustini yponēsis episcopi de concordācia sc̄i qꝫ q̄tuor euāgelistarꝫ

De cena dn̄i. et de expresso traditore eiꝰ. queadmodū īter se quatuor cōueniāt. II De p̄dicta negatiōe petri queadmodū ostendant' nichil inter se repugnare. III De hiis que dicta s̄t a dn̄o. donec exierit de domo vbi cenauerat. queadmodū nichil discrepare mōstrant'. IIII De hiis que gesta s̄t ī illo predio vel orto quo ex illa domo post cenā venerūt. quomodo triū. id est mathei. marci. luce ꝯsonātia demōstret'. qm̄ iohēs de hoc tacet. V De hiis que ī eiꝰ apprehēsiōe facta ꝯ dicta oēs ꝯmemorāt. quomodo eos inter se nichil apparet dissentire. VI De hiis que gesta s̄t cū duceret' dn̄s ad domū p̄ncipis sacerdotū. et que ī ip̄a domo cū nocte p̄ductus esset. et maxiē de petri negatiōe queadmodū inter se oēs ꝯgruant. VII. De hiis que mane gesta s̄t prius q̄ pilato tradet'. q̄modo īt' se euāgeliste nō discrepēt. et de testimonio iheremie

qd' matheus propter dnm petrum interposuit. cum hoc i eiusdem prophete scriptura no inueniatur. viij De hys que apud pilatum gesta sunt. quomodo inter se nichil dissentiat. ix. De illusione qua illusus est a cohorte pilati. quomodo no dissonet hys qui hoc dicunt. matheus. marcus iohes. x Quomodo no repugnet qd' matheus marcus et lucas angariatum dicunt qui portaret crucem eius. cum iohes dicat qd' ihesus ipse portauerit. xi. De potu quem dederunt ei prius quam commoratus esset eius crucifixio. quomodo conueniat inter matheum et marcum. xij De diuisione vestimentorum eius. quomodo inter se omnes consentiant. xiij De hora dominice passionis quemadmodum inter se dissentiat marcus et iohes propter terciam et sextam. xiiij De duobus latronibus cum illo crucifixis. quomodo omnes concorrent xv. De hys qui dno insultauerunt. quomodo inter se consentiant. matheus marcus et lucas. xvi De latronum insultatione. quomodo no repugnet matheus marcus lucas. qui dixit vnum eorum insultasse. alium credidisse: de potu aceti quomodo inter se omnes consentiant. xvii. De vocibus dni quas extremo moriturus emisit. qd' no repugnet matheo marcus et lucas: et ipsi tres iohanni. xviij De scissione veli quomodo no dissentiat matheus marcus a luca: quo ordine factum sit. ~~De mulieribus que ibi stabant. quomodo matheus marcus~~ xix De admiratione centurionis et eorum qui cum illo erant. quomodo inter se consentiat matheus marcus et lucas. xx De mulieribus que ibi stabant. quomodo matheus marcus et lucas eas longe stetisse. no repugnet iohanni qui nominauit vnam earum iuxta crucem stetisse. xxi De ioseph qui corpus dni petiuit a pilato. quomodo omnes consentiant. et quomodo a seipso iohes non dissentiat. xxij De sepultura eius quomodo tres a iohanne non dissentiant. xxiij De hys que circa tempus resurrectionis dni facta sunt. quemadmodum omnes nichil inter se dissentiant. xxiiij In eo qd' se discipulis manifestauit. quomodo sibi omnes euangeliste non aduersentur collatis testimonijs et de apostolo paulo et de actibus apostolorum. Expliciunt capitula Incipit liber tercius beati augustini epi de consensu quatuor euangelistarum

, tercius,

Iam qm oim quatuor narratio i eo versatur loco. i quo necesse est eos vsq3 i fine pariter ambulare. nec multu digredi ab iuice sicubi forte alius aliud comemorat qd' alius ptermittit. videt' michi expeditius nos demostrare posse oiu euagelista ru concientia. si ab hoc ia loco oiu oia gtexam9. et i vna narratione facieq3 digeramus. Sic g° arbitror comodius faciliusq3 id qd' suscepim9 explicare. vt aggrediamur narratione oia gmeorantes cu cor euangelistaru attestatione. qui ex hijs oib9 quisq3 qd' potuit aut qd' voluit gmeorauit. vt tame hec oia ab oib9 diceret'. que demonstrandu i nullo sibi esse contraria. J. Hinc igit' icipiamus scdm matheu. Cenantib9 eis accepit ihc pane ac benedixit et fregit deditq3 discipulis suis et ait. accipite et comedite. Hoc est corpus meu. hec et marcus lucasq3 comemorant. Qd' ei de calice lucas bis gmeorauit prius anteq pane daret. deide postea q pane dedit. illud qd' superius dixit pocupauit vt solet. illud vo qd' ordie suo posuit no gmeorauerat superius: vtruq3 at giuctu hac sentetia facit que illor est. Johes at de corpe et sanguine dni hoc loco nichil dixit. sed plane alibi multo vberius hic dnm locutu esse testatur. Nunc vo cu dnm surrexisse a cena et pedes discipuloru lauisse gmeorasset. reddita etia ratione cur eis hoc fecit. i qua dns adhuc ~~e~~ clause significauerit p testimoniu scptu re ab eo se tradi q manducaret ei9 pane: venit ad huc locu que tres ceteri pariter isinuant. Cu hec dixisset igt ihc: turbatus est spu et ptestatus est et dixit. Ame amen dico vobis. quia vnus ex vobis tradet me. Aspiciebant ergo sicut ide ipe iohes subnectit ad iuice hesitantes de quo diceret. Et contristati sicut matheus et marcus dicut. ceperut singillatim dicere. nuqd ego su. At ipe respodes ait. sicut matheus sequit'. Qui itingit mecu manu i parapside. hic me tradet. Et seqt' ide matheus ita sb nectes. Filius qde hois vadit sicut scptu est de illo. ve aute homi illi p que filius hois tradet' Bonu erat ei si no fuiss; natus homo ille. In hiis et marcus eode etia ordie gsonat.

Deide matheus subiungit. Respondens autem iudas qui tradidit eum dixit. Numquid ego sum rabbi? ait illi. Tu dixisti. Etiam hic non expressum est utrum ipse esset. Potest enim adhuc intelligi tamquam non ego dixi. Potuit etiam hoc sic dici a iuda et a domino responderi ut non omnes adverteret. Deinde sequitur matheus et inserit misterium corporis et sanguinis domini a domino discipulis datum sicut marcus et lucas. Sed cum tradidisset calicem: rursus de traditore suo locutus est quod lucas sequitur dicens. Veruntamen ecce manus tradentis me mecum est in mensa. Filius quidem hominis vadit sicut definitum est de illo: veruntamen ve homini illi per quem tradetur. Hic iam intelligendum est illud consequi quod iohannes narrat. Isti autem pretermiserunt. Sicut iohannes quedam pretermisit que illi dixerunt. Cum ergo post traditum calicem dixisset dominus quod a luca positum est. Veruntamen ecce manus tradentis me mecum est in mensa, et cetera. Coniungit secundum iohannem. Erat autem recumbens unus ex discipulis eius in sinu ihesu: quem diligebat ihesus. Innuit ergo huic symon petrus et dicit ei. Quis est de quo dicit? Itaque cum recubuisset ille super pectus ~~eius~~ ihesu, dicit ei. Domine quis est? Respondit ihesus. Ille cui ego intinctum panem porrexero. Et cum intinxisset panem dedit iude symoni scarioth. Et post bucellam panis tunc introivit in illum sathanas. Hoc videndum est, ne non solum luce qui iam dixerat intrasse sathanan in cor iude, quando pactus est cum iudeis ut eum accepta pecunia traderet. Sed etiam sibi ipsi iohannes repugnare videatur. Quia iam dixerat superius antequam istam bucellam acciperet. Et cena facta cum dyabolus iam misisset in cor ut traderet eum iudas. Quomodo enim intrat in cor? Nisi mittendo iniquas cogitationes persuasiones iniquorum? Sed nunc intelligere debemus a dyabolo iudam plenius esse possessum. Sicut contra in bono illi qui iam acceperant spiritum sanctum. Quando eis post resurrectionem insufflavit dicens. Accipite spiritum sanctum: postea cum eum desuper missus esset die penthecostes utique plenius acceperunt. Post bucellam ergo tunc introivit in eum sathanas. Et sicut contexti iohannes ipse commemorat dicit ei ihesus. Quod facis fac citius. Hoc autem nescivit quisquam discumbentium ad quid dixerit ei. Quidam enim putabant quia loculos habebat iudas. Quia dicit ei ihesus. Eme ea que opus sunt nobis ad diem festum. Aut

egenis aliq̄d daret. Cū ergo accepisset ille buccellā. tunc
exiuit ꝯtinuo. Erat aūt nox. Cū g° exisset dicit ihesus.
Nūc clarificatus est filius hoīs. et deus clarificatus est ī eo.
et deus clarificauit eū ī semetipō. et ꝯtinuo clarificauit eū.
Filioli adhuc modicū vobiscū sū. et cetēa vsq; ad illud vbi ait.
amē amē dico tibi nō cantabit gallus donec me ter neges.
Hoc p̄dictū de negatione sua petro. nō solū iohēs cuius
euāgelio modo ista interposui. sed et ceteri tres ꝯmemorant.
Nō tamē oēs ex vna eademq; occasione ad eā ꝯmemoran
dā veniūt. Istā matheus et marcus pari prorsus ordine et
eodē narrationis sue loco eā subnectūt ambo. postea q̄ dn̄s
egressus est de domo illa vbi manducauerūt pascha: lu
cas vero et iohes anteq̄ inde esset egressus. Sed facile pos
sumus intelligere aut illos duos recapitulando posuisse.
aut istos p̄occupando: nisi magis moueret q̄d tā diuersa
nō tantū vba. sed etiā sententias dn̄i p̄mittūt. quibus pmo
tus petrus illā presumptionē pferret. vel cū dn̄o vel pro
dn̄o moriendi. vt magis cogāt intelligi ter eū expressis
se presumptionē suā diuersis locis sermonis xp̄i. et ter
illi a dn̄o responsū q̄d eū esset ante galli cantū ter nega
turus. Neq; ei incredibile est aliquantū disiunctis interual
lis tpis petrū ꝯmotū esse ad p̄sumendū sicut ad negan
dū. vel eidem aliq̄d ter similiter respondisse. q̄nq̄dē etiā
ꝯtextī nullis aliis interpositis rebus aut verbis. post re
surrectionē ter illū interrogauit vtrū eū amaret. et ter
hoc eidē respondenti. etiā ipē mandatū de pascendis oui
bus suis vnū idemq; ter p̄cepit. Hoc aūt esse credibilius
q̄d ter ostenderit presumptionē suā petrus. et de trina ne
gatiōe sua ter a dn̄o audierit. ex ipis euangelistarū
verbis que a dn̄o dicta diuerse ac diuersa ꝯmemorant.
sic placuit. Ecce meminerimus q̄d nūc interposui ex euan
gelio iohānis. Hoc certe dixerat, Filioli adhuc modicū
vobiscū sū. queretis me et sicut dixi iudeis quo ego va
do nō potestis venire. et vobis dico modo. Mandatū nouū
do vobis vt diligatis inuicē sicut dilexi vos. vt et vos ī
uicē diligatis. In hoc cognoscent oēs q̄ mei estis dis
cipli. si dilectionē habueritis ad inuicē. Dicit ei symon petrus,

Dn̄e quo vadis? Nempe hic manifestū est. ex illis v̄bis
motū esse petrū vt diceret. dn̄e quo vadis. quia dicēte
audierat. quo ego vado vos nō potestis venire. Respondit
ih̄c eidē. Quo vado nō potes me modo sequi: sequeris
at̄ postea. Tūc ille. Quare non possū iq̄t te sequi modo?
aīam meā p̄ te ponā. Huic presūptiōi respondit dn̄s fu
turū eius negationē. Lucas at̄ cū cōmemorasset dixisse dn̄m.
symon symon ecce sathan expetiuit vos vt cribraret si
cut triticū. ego at̄ rogaui pro te vt non deficiat fides
tua. et tu aliq̄n conuersus cōfirma frēs tuos: tūc subiecit
petrū respondisse. Dn̄e tecū paratus sū et ī carcerē
et ī mortē ire. Et ille dixit. Dico tibi petre: non cantabit
hodie gallus donec ter neges nosse me. Quia hoc aliud
sit. aliud illud vnde petrus ad p̄sumendū pmotus sit
q̄s non videat? At v̄o matheus. et hymno iq̄t dicto exierūt
ī montē oliueti. Tūc dicit illis ih̄c. Oēs vos scandalū pa
tiemī ī me ī ista nocte. Scriptū est eīi. Percutiā pastorē.
et dispgent̄ oues gregis. Postq̄ at̄ resurrexero. p̄cedā vos
ī galileā. Sic prorsus et marcus. qui habet etiā hec verba
vl' sententias. similiter illis vel q̄bus scd̄m iohem vl' q̄bus
scd̄m lucā petrus retulit presūptionē suā. Et hic ergo
ita seq̄t̄. Respondēs at̄ petrus ait illi. Et si oēs scanda
lizati fuerīt ī te. ego nūq̄ scandalizabor. Ait illi ihesus.
Amē dico tibi. quia ī hac nocte anq̄ gallus cantet ter
me negabis. Ait illi petrus. Etiā si oportuerit me mo
ri tecū: nō te negabo. Simil' et oēs discipli dixerūt. .y.

Hec pene ipsis v̄bis etiā marcus cōmemorat. nisi quod
non generaliter sed distinctius quēadmodū futurū
esset expressit dictū a dn̄o. Amē dico tibi. quia tu hodie
ī nocte hac p̄usq̄ bis gallus vocē dederit. ter me negaturus
es. Cū itaq; oēs dicāt p̄dixisse dn̄m. qd' petrus eū esset
negaturus anq̄ gallus cantaret. nō at̄ oēs dicāt quotiēs
gallus cantaret. marcus hoc solus narrauit expressius.
Unde nō nullis videt̄ non congruere ceteris. quia pa
rū attēdūt. et maxīa eoꝝ obnubilat̄ itentio. cū aduersus

euangeliū animo induerūt hostili. Tota eī petri negatio. trina negatio est, ī eadē nāq3 ꝑmansit trepidatione animū ꝓpositoq3 mēdacij. donec admonitus qd̄ ei predictū sit. amaro fletu et cordis dolore sanaretur. Hec aūt tota. id est trina negatio, si post primū galli cantū īciperet. false dixisse videntur tres, quorū matheus dixit. amē dico tibi. q2 hac nocte anq̄ͣ gallus cantet ter me negabis: lucas aīt. dico tibi petre nō cantabit hodie gallus donec ter neges nosse me: iohēs aīt. amē amē dico tibi. nō cantabit gallus. donec me ter neges. Diuersis eī ūbis et verboꝝ ordīe eandē explicauerūt sententiā. dixisse dnm qd̄ anteq̄ͣ gallus cantaret eū petrus esset negaturus. Q̄d enī attendebat dicere prius q̄ͣ bis. quando si ante primū galli cantū tota illa trina negatio ꝯpleret̄: simul ante scdm et ante tercium et ante oēs gallicantus eiusdē noctis cōpleta īueniret̄. que ante ipm ꝑmū cōpleta ꝓbaret̄. Sed quia ante ꝑmū gallicantū cepta est illa trina negatio attenderūt illi tres. non quando eā ꝯpleturus esset petrus. sed quota futura esset et quādo ceptura. id est. quia trina. et quia ante gallicantū. q̄q̄ͣ ī aīo eius et ante ꝑmū gallicantū tota possit ītelligi. quāuis eī verbis negantis ante ꝑmū cepta. ante scdm gallicantū pacta sit tota illa trina negatio: tamē affectiōe animi et timore petri ante ꝑmū tota ꝯcepta est. Nec īterest quātis morarū īteruallis trina voce enunciata sit. cū cor eiꝰ etiā ante primū gallicantū tota possederit. tam magnā scilicet formidinē imbiberit. vt posset dnm nō semel sed iterū ⁊ tercio īt'rogatus negare. vt rectius diligētiusq3 attēdentibus quomodo iā mechatus est eā ī corde suo q̄ viderit mulierē ad ꝯcupiscendū. sic petrus q̄ncūq3 verbis ederet timorē quē tā vehementer aīo ꝯceperat. vt ꝑdurare posset vsq3 ad terciā dnī negationē. tota trina negatio ei tēpori deputanda est. quādo eū trine nega

Rursus si totā trinā negationē ante pegisset q̄ͣ cātare gallus īciperet: superfluo dixisse marcus deprehēderet̄ ex ꝑsona dnī. amē dico tibi. quia hodie ī nocte hac priusq̄ͣ vocē gallus bis dederit. ter me negaturꝰ es,

tionis timor sufficiens inuasit. Ex quo etiam si post primum gallicantum inciperent. pulsato interrogationibus pectore verba illa negationis erumpere. nec sic absurde atque mendaciter ante gallicantum ter negasse diceretur, quando ante gallicantum tantus timor obsederit mentem. qui eum posset usque ad terciam negationem perducere. Multo minus igitur mouere debet. quia trina negatio etiam trinis negantis vocibus ante gallicantum cepta. et si non ante primum gallicantum peracta est. tamquam si alicui diceret. hac nocte antequam gallus cantet ad me scribes epistolam in qua michi ter conuiciaberis: non utique si eam ante omnem gallicantum scribere inciperet et post gallicantum finiret. ideo dicendum erat falsum fuisse predictum. Marcus quoque de interuallis vocum euidentius planius est locutus. qui dixit ex persona domini. prius quam gallus bis vocem dederit. ter me es negaturus. Ita gestum esse apparebit. cum ad eundem locum narrationis euangelice venerimus. ut iam illic ostendatur euangelistas sibi congruere. Si autem querunt ipsa omnino narrationis verba que petro dominus dixerit neque inueniri possunt. superfluo queruntur cum sententia eius inter quam cognoscendam verba protulerunt. etiam in diuersis euangelistarum verbis possit esse notissima. Siue igitur diuersis sermonum domini locis commotus petrus singillatim ter renunciauerit presumptionem suam. et ter ei dominus suam negationem predixerit sicut probabilius indicatur. siue aliquo narrandi ordine possunt omnium euangelistarum commemorationes in unum redigi. quibus demonstretur semel dominum predixisse petro presumenti quod eum negaturus esset: nulla hic euangelistarum repugnantia. sicut nulla est reprehendenda poterit. Nunc ergo quantum possumus ipsum ex omnibus ordinem

iam sequamur .. iii.

Cum itaque secundum iohannem hoc petro dictum esset. sequitur idem iohannes et contexit domini sermonem dicentis. Non turbetur cor vestrum. creditis in deum et in me credite. in domo patris mei mansiones multe sunt. et cetera sermonis eius preclara maximeque sublimia diu narrat. donec contexti veniat ad illum locum ubi

ait dominus. Pater iuste et mundus te non cognouit. ego autem te
cognoui. et hij cognouerunt quia tu me misisti. et notum fe
ci eis nomen tuum et notum faciam. ut dilectio qua dilexisti
me in ipsis sit et ego in eis. Cum autem facta esset contentio inter
eos quis eorum videretur esse maior sicut lucas commemorat. dixit
eis. Reges gentium dominantur eorum. et qui potestatem habent super
eos benefici vocantur. Vos autem non sic. sed qui maior est
in vobis. fiat sicut iunior. et qui precessor est. sicut minis
trator. Nam quis maior est qui recubit an qui ministrat?
Nonne qui recumbit? Ego autem in medio vestrum sum sicut qui minis
trat. Vos autem estis qui permansistis mecum in temptationibus meis.
Et ego dispono vobis sicut disposuit michi pater meus reg
num. ut edatis et bibatis super mensam meam in regno meo. et
+lucas sedeatis super thronos iudicantes duodecim tribus israel. Ait autem
dominus symoni sicut +ipse scribit. Ecce sathanas expetiuit
vos ut cribraret sicut triticum. ego autem rogaui pro te ut non
deficiat fides tua. et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos.
Qui dixit ei. Domine tecum paratus sum et in carcerem et in mortem
ire. Et ille dixit, Dico tibi petre: non cantabit hodie gal
lus donec ter abneges nosse me. Et dixit eis. Quando
misi vos sine sacculo et pera et calciamentis? numquid aliquid
defuit vobis? At illi dixerunt. Nichil. Dixit ergo eis. Sed nunc
qui habet sacculum tollat similiter et peram. et qui non habet vendat tu
nicam suam et emat gladium. Dico enim vobis. quoniam adhuc hoc quod
scriptum est oportet impleri in me: et quod +iniustis deputatus est. +cum
Etenim ea que de me sunt finem habent. At illi dixerunt. Domine ecce
gladij duo hic. At ille dixit eis. Satis est. iiij.

Et hymno dicto exierunt in montem oliueti sicut matheus
marcusque commemorant. Tunc dicit illis ihesus. Omnes vos scan
dalum patiemini in me in nocte ista. Scriptum est enim. Percutiam
pastorem. et dispergentur oues gregis. Postquam autem resurrexero
coronam et purpureum vestimentum. Et dicit eis. Ecce homo.
Cum ergo vidissent eum pontifices et ministri: clamabant dicen-
tes. Crucifige crucifige eum. Dicit eis pilatus. Accipite eum
vos et crucifigite. Ego enim non invenio in eo causam. Responderunt
ei iudei. Nos legem habemus et secundum legem debet mori. quia
filium dei se fecit. Hoc potest congruere ei quod lucas commemo-
rat in accusatione iudeorum dictum. Hunc invenimus subvertentem
gentem nostram. ut adiungatur quia filium dei se fecit. Sequitur
itaque iohannes et dicit. Cum ergo audisset pilatus hunc sermonem
magis timuit. Et ingressus est pretorium iterum. et dixit ad
ihesum. Unde es tu? Ihesus autem responsum non dedit illi. Dicit ergo
pilatus. Michi non loqueris? Nescis quia potestatem habeo cruci-
figere te. et potestatem habeo dimittere te? Respondit ihesus.
Non haberes potestatem adversum me ullam. nisi tibi datum
esset desuper. Propterea qui tradidit me tibi: maius peccatum
habet. Exinde querebat pilatus dimittere eum. Iudei autem clamabant dicen-
tes. Si hunc dimittis: non es amicus cesaris. Omnis qui se
regem facit: contradicit cesari. Huic potest congruere
illud quod lucas in eadem accusatione iudeorum ita narrat. cum
dixisset Invenimus hunc subvertentem gentem nostram. adiecit.
et prohibentem tributa dari cesari. et dicentem se christum regem
esse. Ex quo solvitur illa questio qua putari poterat
iohannes dixisse nullum a iudeis ~~dum~~ domino crimen obiectum
quando responderunt et dixerunt ei. si non esset hic male-
factor non tibi tradidissemus eum. Sequitur ergo iohannes et dicit.
Pilatus autem cum audisset hos sermones. adduxit foras ihesum
et sedit pro tribunali in eo loco qui dicitur lithostratos: hebraice autem
gabbatha. Erat autem parasceue pasche: hora quasi sexta.
Et dicit iudeis. Ecce rex vester. Illi autem clamabant. Tolle
tolle: crucifige eum. Dicit eis pilatus. Regem vestrum cruci-
figam? Responderunt pontifices. Non habemus regem nisi

cesare. Tunc ergo tradidit eum illis ut crucifigeretur. Hec narravit iohannes per pilatum gesta. Consequens est etiam ut ipsam domini passionem secundum quatuor evangelistarum testimonia videamus. Quam matheus sic incipit. ix.

Tunc milites presidis suscipientes ihesum in pretorium: congregaverunt ad eum universam cohortem. Et exuentes eum, clamidem coccineam circumdederunt ei. et plectentes coronam de spinis posuerunt super caput eius. et arundinem in dextera eius. Et genuflexo ante eum illudebant dicentes. Ave rex iudeorum. Hoc marcus in eodem loco narrationis ita dicit. Milites autem duxerunt eum in atrium pretorii, et convocant totam cohortem. et induunt eum purpura. et imponunt ei plectentes spineam coronam. et ceperunt salutare eum. Ave rex iudeorum. Et percutiebant caput eius arundine. et conspuebant eum. Et ponentes genua adorabant eum. Intelligitur itaque quod matheus ait. clamidem coccineam circumdederunt ei: hoc marcum dixisse, induunt purpura. Pro regia enim purpura clamidis illa coccinea ab illudentibus adhibita ~~et~~ erat: et est rubra quedam simillima purpura cocco. Potest et fieri ut purpuram etiam marcus commemoraverit. quam clamidis habebat. quamvis esset coccinea. Lucas hoc pretermisit. Iohannes autem antequam dicat quod eum pilatus crucifigendum tradiderit. commemoravit dicens. Tunc ergo apprehendit pilatus ihesum et flagellavit. et milites plectentes coronam de spinis imposuerunt capiti eius. et veste purpurea circumdederunt ei. et veniebant ad eum et dicebant. Ave rex iudeorum. Et dabant ei alapas. Unde apparet matheum et marcum recapitulando ista commemorasse. non quod tunc factum sit cum eum pilatus iam crucifigendum tradidisset. Iohannes enim apud pilatum dicit hec gesta satis evidenter: unde isti quod pretermiserant recapitulant. Ad hoc pertinet quod consequenter dicit matheus. et exuentes eum acceperunt arundinem et percutiebant caput ~~[illegible]~~ eius. Et postquam illuserunt ei. exuerunt eum clamide. et induerunt eum vestimentis eius. et duxerunt eum ut crucifigerent. Hoc quod exuerunt clamide. et induerunt eum vestimentis eius: in fine factum intelligitur

cum iam duceretur. Marcus hoc ita dicit. Et postquam illuserunt ei, exuerunt illum purpura et induerunt eum vestimentis suis. X.

Sequitur ergo matheus. Exeuntes autem invenerunt hominem cyreneum nomine symonem: hunc angariaverunt ut tolleret crucem eius. Marcus. et cum ducunt igitur eum ut crucifigerent eum. angariaverunt pretereuntem quempiam symonem cyreneum venientem de villa patrem alexandri et rufi ut tolleret crucem eius. Hoc lucas ita dicit. Et cum ducerent eum, apprehenderunt symonem quendam cyrenensem venientem de villa et imposuerunt illi crucem portare post ihesum. Iohannes autem sic narrat. Susceperunt autem ihesum et eduxerunt et baiulans sibi crucem exiit in eum qui dicitur calvarie locum, hebraice golgatha. ubi eum crucifixerunt. Unde intelligitur quod ipse sibi portabat crucem cum exiret in locum memoratum. symon autem ille in itinere angariatus est. de quo tres commemorant. cui postea data est portanda crux usque ad locum. Ita utrumque factum invenimus. primo id quod iohannes dixit. deinde quod ceteri tres.

XI. Sequitur itaque matheus. Et venerunt igitur in locum qui dicitur golgatha: quod est calvarie locus. De hoc loco apertissime consentiunt, Deinde adiungit idem matheus. Et dederunt ei vinum bibere cum felle mixtum. Et cum gustasset. noluit bibere. Hoc marcus ita narrat. Et dabant ei bibere mirratum vinum. et non accepit. Hoc intelligendus est matheus dixisse. cum felle mixtum. Fel quippe pro amaritudine posuit. Mirratum enim vinum amarissimum est. quamquam fieri possit ut felle et mirra vinum amarissimum redderet. Quod ergo ait marcus. non accepit: intelligitur. non accepit ut biberet. Gustavit autem sicut matheus testis est. ut quod idem ait noluit bibere. hoc marcus diceret. non accepit: tacuerit autem quod gustaverit, XII

Sequitur matheus. Postquam autem crucifixerunt eum. diviserunt vestimenta eius sortem mittentes. et sedentes servabant eum, Hoc idem marcus sic. et crucifigentes eum diviserunt vestimenta eius: mittentes sortes super eis quis quid tolleret. lucas autem sic ait. Dividentes vero vestimenta eius miserunt sortes. et stabat populus expectans. Breviter a tribus dictum est. Iohannes autem distinctius hoc explicat quemadmodum gestum sit, Milites ergo igitur cum crucifixissent eum. acceperunt vestimenta eius. et fecerunt quatuor partes: unicuique militi partem. Et tunicam. Erat autem tunica inconsutilis: desuper contexta per totum. Dixerunt ergo ad invicem, Non scindamus illam:

sed sortiamur

sed sortiamur de illa cui9 sit. Ut scriptura ipleret dicens. Par
titi sunt vestimenta mea sibi. et sup vestem meam miserunt sorte.
Dicit matheus. Et iposuerunt sup caput eius. xiiij.
causam ipius scriptam: hic est ihc rex iudeorum. Marcus autem
priusquam hoc dixisset: erat autem inquit hora tercia. et crucifixerunt
eum. Hoc ei subiungit cum de vestium divisione dixisset. Que res
diligentissime consideranda est. ne magnum faciat errorem. Sunt
enim qui arbitrentur hora tercia dnm crucifixum. a sexta autem
hora tenebras factas usque ad nonam. ut consupte intelligantur
tres hore ex quo crucifixus est usque ad tenebras factas.
Et posset quidem hoc rectissime intelligi. nisi iohes diceret hora
quasi sexta pilatum sedisse pro tribunali. in loco qui dicitur litho
stratos. hebraice autem galatha. Sequitur vero. Erat autem parasceue
pasche. hora quasi sexta. et dicit iudeis. Ecce rex vester. Illi
autem clamabant. Tolle tolle crucifige eum. Dixit eis pilatus.
Regem vestrum crucifigam? Responderunt pontifices. Non habemus
regem nisi cesarem. Tunc ergo tradidit eis illum ut crucifigeretur.
Si igitur hora quasi sexta pilato sedente pro tribunali tra
ditus est crucifigendus iudeis: quomodo hora tercia cru
cifixus est sicut verba marci non intelligentes quidam putaverunt?
Primus enim qua hora crucifigi potuerit videamus. deinde vi
debimus cur terciam horam crucifixum dixerit marcus. Hora erat
quasi sexta cum traditus est crucifigendus a pilato sedente ut
dictum est pro tribunali. Non enim iam plena erat sexta sed quasi
sexta: id est peracta quinta et aliquid etiam de sexta esse ceperat.
Numquam autem iste diceret quinta et quadrans. aut quinta et triens.
aut quinta semis. aut aliquid huiusmodi. Habet enim morem istum
scripture. a parte totum ponere. maxime in temporibus sicut octo
illis diebus post quos eum dicunt ascendisse in montem. quorum
medios intuentes matheus et marcus dixerunt. post sex dies.
Preterea quia tam moderate idem iohes locutus est. ut non dice
ret septa. sed quasi sexta. Credo si ita non diceret sed tan
tummodo sextam diceret. possemus nos ita intelligere. quemad
modum loqui scripture solet. sicut dixi a parte totum. ut peracta
quinta et inchoata sexta. gereretur hec que narrata sunt in
crucifixione dni nri. donec completa sexta illo pendente fieret
tenebre. quibus tres euangeliste attestantur matheus. marcus. lucas.

Queramus iam consequenter cur dixerit marcus cum commemo
rasset quod crucifigentes eum diviserunt vestimenta eius.
mittentes sortem super eis quis quid tolleret. et secutus adiunxerit. erat
autem hora tertia et crucifixerunt eum. Iam certe dixerat. et cruci
figentes eum diviserunt vestimenta eius. Sic etiam ceteri attes
tantur quod eo crucifixo vestimenta divisa sunt. si ergo rei geste
tempus voluit commemorare marcus. sufficeret si diceret. erat
autem hora tertia. Utquid adiungit. et crucifixerunt eum. nisi quia
voluit aliquid recapitulando significare quod quesitum inveniretur.
cum scriptura ipsa illis temporibus legeretur. quibus universe ecclesie
notum erat qua hora dominus ligno ~~appensus~~ suspensus sit. un
de posset huius vel error corrigi vel mendacium refutari?
Sed quia sciebat a militibus suspensum dominum. non a iudeis.
sicut iohannes apertissime dicit. occulte ostendere voluit eos ma
gis crucifixisse qui clamaverunt ut crucifigeretur. quam illos
qui ministerium principi suo secundum suum officium prebuerunt. In
telligitur ergo hora fuisse tertia cum clamaverunt iudei ut dominus
crucifigeretur. et veracissime demonstratur tunc eos crucifixisse
quando clamaverunt. maxime quia nolebant iudei videri se
hoc fecisse. et propterea eum pilato tradiderunt. quod eorum verba satis
indicant secundum iohannem. Cum enim dixisset eis pilatus. quam accusationem
affertis adversus hominem hunc. responderunt ei. Si non esset
hic malefactor: non tibi tradidissemus eum. Dixit ergo eis pi
latus. Accipite eum vos. et secundum legem vestram iudicate eum. Dixe
runt iudei. Nobis non licet interficere quemquam. Quod ergo maxime vide
ri fecisse nolebant. hoc eos hora tertia fecisse marcus ostendit.
verissime iudicans magis fuisse necatricem linguam iudeorum
quam militum manus. Quisquis autem dixerit non fuisse horam tertiam cum hoc
iudei primitus clamaverunt. clarissime se ostendit inimicum
evangelii. nisi forte aliter eandem potuerit solvere questionem.
Non enim habet unde convincat non fuisse tunc horam tertiam: et ideo
vere dico evangeliste potius credendum quam contentiosis suspi
tionibus hominum. Unde igitur probas horam tertiam fuisse? Respon
deo. Quia credo evangelistis. Quibus et tu si credis: ostende
quemadmodum et hora sexta et hora tertia potuerit dominus crucifigi.
De sexta enim ut fateamur narratione iohannis urgemur: tertiam

qmēorat marcus qmēorat. Quibȝ si vterqȝ nr̄m credit.
ostendatur aliter quēadmodū fieri vtrūqȝ potuerit. liben
tissime acqiescam. Nō eī sententiā meā: sed euangelij diligo
vēitatē. Atqȝ vtinā etiā pluris ab alijs īueniat' huiꝰ exitus qſ
tiōis. Qđ donec fiat: vtere mecū isto si placet. Si eī nullus
exitus alius potuerit īueniri: solus iste sufficit. Si eī potue
rit. cū demonstratus fuerit eligemꝰ. Tantū nō potest con
sequēs esse. vt quilibet oīm euangelistarū quattuor mētitꝰ
sit. aut ī tanto et ī tam scō etiā culmīe auctoritatis errauer
rit. Si at qs dixerit inde se conuincere. nō fuisse horā terciā
cū illud iudei clamauerūt. quia postea qˀ dixit idē marcꝰ,
pilatus at iterū respondēs ait illis. qđ ḡo vultis faciā regi
iudeoꝝ. at illi iterū clamauerūt crucifige eū. nō īterponit'
aliqđ morarū ab eodē ī eiꝰ narratiōe. quousqȝ ad id pueit'
vt traderet' ad crucē dns a pilato. qđ iohēs hora quasi sex
ta factū esse qmēorat. ītelligat qui hoc dicit multa ptmis
sa esse que ī medio gesta sī. cū pilatus ageret querēs quo
modo eū a iudeis eriperet. et aduersus eoꝝ īsanissimā vo
luntatē qbuscūqȝ modis potuit īstantissime niteret'. Matheꝰ
eī ait. Dicit illis pilatus. Qđ igit' faciā de ihū q dicit' xpc.
Dicūt oēs. Crucifigat'. Tūc fuisse dicimꝰ horā terciā. Qđ
at matheꝰ seq̄t' et narrat. vidēs at pilatus qz nichil pfi
ceret. sed magis tumultus fiet. et ī conatibꝰ pilati ad e
ripiendū dnm. et ī tumultu iudeoꝝ contra nitentiū con
suptū tēpus duarū horarū ītelligimꝰ. et ceptā fuisse sex
tam. qua nondū terminata gesta sī que ab eo tpe quo pi
latus dnm tradidit vsqȝ ad tenebras factas narrant'. Qđ
at matheꝰ supra qmēorat. sedēte at illo p tbunali misit ad
illū vxor eiꝰ dicēs. nichil tibi ꝛ iusto illi. mlta eī passa sū p
visū ppt eū. postea sedit pro tribunali pilatus. sed inter illa
que prius gesta narrabat recordatus matheus qđ de vxōe
pilati dixit voluit hoc ibi interpone. vt prestrueret qua p
maxie causa pilatus nec nouissime volebat eū tradere iu
deis. Lucas at narrat cū dixisset pilatus ~~pilatus~~ emēdatū
ergo illū dimittā. exclamasse vniuersā turbā. tolle huc et di
mitte nob barrabam. Sed fortasse nondū dixerat. crucifige.
Iterū at pilatus scdm eūdē lucā locutus est ad ~~ea~~ illos: volēs

dimittere ihesum. At illi subclamabant dicentes. Crucifige cru
cifige eum. Tunc intelligitur fuisse hora tercia. Quod ergo sequitur
lucas et dicit. ille autem tercio dixit ad illos. quid enim mali fecit
iste. nullam causam mortis inuenio in eo. corripiam ergo illum et di
mittam. at illi instabant vocibus magnis postulantes vt
crucifigeretur. et inualescebant voces eorum. satis etiam ipse sig
nificat magnum tumultum fuisse. et quantum horarum illis ter
cio dixerit quid enim mali fecit. licet intelligere quantum indagan
de veritati sat est. Et postea quod ait instabant vocibus mag
nis et inualescebant voces eorum. quis non videat ideo factum.
quia videbant pilatum eis tradere nolle ihesum. Et qui hoc mag
nopere nolebat. non vtique in momento temporis cessit. Sed vel
due hore et amplius in illa cunctatione transierunt. Johannem
quoque interroga. et vide quanta fuerit pilati illa cunctatio. et re
cusatio tam fedi ministerij. Idem namque multo explicatius ea
narrat. quamuis nec ipse vtique dicat omnia. in quibus due hore et
de sexta aliquid preterfluxit. tamen cum flagellasset ihesum. et a mi
litibus veste illusoria multisque illusionibus male tractari
permisisset. credo vt hoc saltem modo eorum furorem mitigaret.
ne vsque ad mortem sauire pretenderet. exiit iterum pilatus foris
et dicit eis. Ecce adduco eum vobis foras. vt cognoscatis quia
in eo nullam causam inuenio. Exiit ergo ihesus portans spineam coronam
et purpureum vestimentum. et dicit eis. ecce homo. vt illa velut
ignominiosa specie visa placaretur. Sed adiungit et dicit. Cum
ergo vidissent eum pontifices et ministri. clamabant dicentes.
Crucifige crucifige eum. Tunc horam terciam fuisse dicimus. At
tende que sequantur. Dicit eis pilatus. Accipite eum vos
et crucifigite. Ego enim non inuenio in eo causam. Responderunt iudei.
Nos legem habemus. et secundum legem debet mori. quia filium dei se fecit.
Cum ergo audisset pilatus hunc sermonem. magis timuit. Et
ingressus est pretorium. et dicit ad ihesum. Vnde es tu. Ihesus ergo
responsum non dedit illi. Dixit ergo ei pilatus. Michi non lo
queris. Nescis quia potestatem habeo crucifigere te. et potes
tatem habeo dimittere te. Respondit ihesus. Non haberes potestatem aduersum
me vllam. nisi tibi esset datum desuper. Propterea qui tradidit me
tibi. maius peccatum habet. Exinde querebat pilatus dimittere

eum. In hoc igitur quod querebat pilatus dimittere eum. quantum
temporis putauimus fuisse consumptum. quanta pretermissa vel que
a pilato dicebantur vel a iudeis contradicebantur. quousque com
memoraret a iudeis unde ille cederet. Ita enim sequitur. Iudei autem
clamabant dicentes. Si hunc dimittis. non es amicus cesaris.
Omnis qui se regem facit. contradicit cesari. Pilatus ergo cum au
disset hos sermones: adduxit foras ihesum. Et sedit pro tribunali
in loco qui dicitur lithostratos: hebraice autem gabatha. Erat autem paras
ceue pasche. hora quasi sexta. Ab illa ergo voce iudeorum qua
primo dixerunt crucifige eum. cum esset hora tercia usque ad hoc
quod sedit pro tribunali. per medias horas cunctationis pilati et
tumultuantium iudeorum due hore preterierunt. et peracta quin
ta iam de sexta aliquid ceperat. Dicit ergo iudeis. Ecce rex vester.
Illi autem clamabant. Tolle tolle: crucifige eum. Sed neque iam com
motus pilatus timore calumpnie facile cedebat. Tunc enim ux
or eius ad eum miserat sedentem pro tribunali. Quod preoccupa
uit matheus. qui hoc solus commemorauit antequam ad eum narrationis
locum veniret. ut ibi hoc poneret ubi oportunum iudicauit. Temptans
itaque adhuc pilatus nec quid proficiens dixit eis. Regem vestrum cru
cifigam? Responderunt pontifices. Non habemus regem ni
si cesarem. Tunc ergo tradidit eis illum ut crucifigeretur. Et dum pergit
et dum crucifigitur cum duobus latronibus. dum vestes eius diuidunt.
et sors in illa tunica mittitur. atque inter hec variis conuiciis
illuditur. simul enim cum illa gererentur. etiam conuiciabantur. completa
est et hora sexta. et facte sunt tenebre quas matheus + et lucas
commemorant. Iam itaque cognoscat impia pertinacia. et credat dominum ihesum
xpistum et tercia hora crucifixum lingua iudeorum. et sexta hora ma
nibus militum. quia in tumultu iudeorum et pilati estibus. due ho
atque amplius hore preterierunt. a voce qua dixerunt crucifige.
Sed ipse marcus qui magis breuitatis sectator est. breuiter
voluit intimare pilati voluntatem et conatum pro domini vita. Cum enim
dixisset. at illi iterum clamauerunt crucifige eum. ubi ostendit
quod iam clamauerunt cum vellent sibi dimitti barraban. adiunxit.
Pilatus vero dicebat eis. Quid enim mali fecit? Hoc modo breuiter
insinuauit quod diu gestum est. Memor tamen ipse quid vellet
intelligi: non ait. pilatus vero dixit eis. sed ait. pilatus vero

[margin: alias quousque diceret iudei. unde ille commoueret et cederet.]

[margin: + marcus]

dicebat eis. quod ei mali fecit: quia si diceret. dixit. quasi secundum
dictum intelligeremus. Quia vero ait. dicebat. satis intimauit intelli
gentibus multis modis sepe dictum eis esse. quousque inciperet
hora sexta. Cogitemus ergo quam breuiter hoc dixerit marcus
in comparatione mathei. quam breuiter matheus in comparatione luce. quam
breuiter lucas in comparatione iohannis: cum tamen alia atque alia
quisque commemoraret: et quam denique breuiter ipse iohannes in comparatione rerum
que geste sunt et horarum cum illa gererentur. et sine infamia re
sistendi credamus duas horas. et quiddam illo interuallo transi
re potuisse. Quisquis autem dixerit potuisse marcum si ibi esset
eo tempore dicere fuisse horam terciam quo erat hora sexta. cum vox
iudeorum de crucifigendo domino sonuisset. dicere etiam quod cum tunc
ipsi crucifixerunt. nimis superbe leges narratoribus veri
tatis imponit. Sic enim potest dicere si hec ipse narraret. eo
modo eodemque ordine ab omnibus debuisse narrari ea quo ipse
narrauit. Dignetur ergo consilio marci euangeliste supe
rari consilium suum. qui eo loco id ponendum iudicauit quo diui
na inspiratione suggestum est. Recordationes enim eorum eius manu
gubernate sunt. qui gubernat aquam sicut scriptum est sicut illi
placuerit. Fluitat enim humana memoria per varias cogitationes
nec in cuiusquam potestate est quod et quando ei veniat in mentem. Cum
ergo illi sancti et veraces viri quasi fortuita recordationum
suarum propter narrationis ordinem occulte dei potestati. cui
nichil fortuitum est commisissent. non oportet quemquam hominum dicere
longe abiectum ab oculis dei et longe peregrinantem. hoc
loco poni debuit quod valde ignorat cur eo loco deus poni vo
luerit: quia etsi obuelatum est euangelium meum ait apostolus. in
hiis qui pereunt obuelatum est. Et cum dixisset. aliis odor sumus
odor vite in vitam. aliis odor mortis in mortem. subiecit statim. et ad
hec quis idoneus est. id est. quis idoneus intelligere quam iuste
fiat quod idem dominus dicit. ego veni vt qui non vident videant et qui
vident ceci fiant. Ipsa est enim altitudo sapiencie et sciencie dei. qua
fit ex eadem massa aliud vas in honorem aliud in contumeliam:
et dicitur carni et sanguini. O homo tu quis es vt respondeas
deo? Quis ergo et in hac re cognoscit intellectum domini. aut

quis consiliarius eius fuit? Ubi sic gubernauit corda dominus
certum euangelistarum. et in ecclesie fastigio tanto auctoritatis cul
mine sublimauit. ut per hec ipsa que in eis contraria uideri
possunt multi excecarentur. digne traditi in concupiscentias cordis
sui et reprobum sensum. Et multi exercerentur ad elimandum
pium intellectum. secundum occultam omnipotentis iusticiam. Dicit enim propheta
a domino. Nimis profunde facte sunt cogitationes tue. vir inprudens
non cognoscet et stultus non intelliget hec. Peto autem et admoneo
eos qui hec legunt per nos adiuuante domino elaborata. ut huius ser
monis quem hoc loco interponendum arbitratus sum. in omni simili
questionum difficultate meminerint. ne sepius eadem repeten
da sint. Facile est autem qui sine inpietatis duricia uoluit atten
dere. quod oportuno loco marcus hoc de tertia hora posuerit.
ut ibi quisque recordetur qua hora crucifixerit dominum. qui uole
bant in romanos uel principes uel milites transferre ipsum faci
nus. ubi factum ministrorum militum commemoratum est. Ait enim. Et
crucifigentes eum diuiserunt uestimenta eius. mittentes sortes
super eis quis quid tolleret. Quod hoc nisi milites sicut iohannes ma
nifestat? Ergo ne quisquam cogitationem tanti criminis a iudeis
in milites illos conuerteret. erat autem inquit hora tercia et crucifixe
runt eum. ut illi eum potius crucifixisse inueniantur quos hora
tercia ut crucifigeretur clamare potuisse diligens inquisitor inue
niet. cum aduerterit hoc quod a militibus factum est hora sexta
factum esse. Quamquam non desint qui parasceuen quam iohannes commemo
rauit dicens. erat autem parasceue hora fere sexta. horam diei ter
ciam uelint intelligi qua sedit pilatus pro tribunali. ut eadem
tercia completa uideatur quando crucifixus est. atque iam penden
te illo in ligno alie tres hore peracte sint et reddiderit spiritum:
ut ab ea hora qua defunctus est id est diei sexta tenebre fie
rent usque ad nonam. Dicunt enim diem quidem illo quem dies sabbati
sequebatur parascheuen fuisse [+ pasche] iudeorum. quod ab eodem iam sabbato iam
inciperet azima. sed tamen uerum pascha quod iam in passione
domini gerebatur non iudeorum sed christianorum cepisse predicari id est
parasceuen habere ab hora nona noctis. in eo quod dominus a iude
is occidendus preparabatur. Parasceue quippe interpretatur
preparatio. Ab illa ergo hora nona noctis usque ad eius

crucifixionem occurrit hora parasceues sexta secundum iohannem.
et hora diei tertia secundum marcum; non ut marcus horam illam
recordatam recapitulando commemorauerit. qua clamauerint
iudei crucifige crucifige: sed eam prorsus horam tertiam dixerit
qua dominus est fixus in cruce. Quis fidelis non huic faueat questionis
solutioni. si modo possit aliquis articulus conici hora nona noctis
unde cepisse parasceuen pasche mortis. id est preparationem mor-
tis christi congruenter intelligamus. Si enim dicamus eam cepisse quan-
do a iudeis apprehensus dominus est. adhuc noctis prime partes
erant. si quando ad domum productus est socij cayphe ubi et auditus
a principibus sacerdotum adhuc gallus non cantauerat. quod ex petri
negatione cognoscimus que cum iam audiretur facta est. Si autem
quando pilato traditus est. iam mane fuisse apertissime scrip-
tum est. Restat ergo ut intelligamus tunc cepisse istam parasceuen
pasche. id est preparationem mortis domini. quando responderunt
omnes principes sacerdotum apud quos primo audiebatur et dixerunt
reus est mortis. Quod apud matheum et marcum inuenitur. ut re-
capitulando intelligantur de petri negatione postea dixisse quod
ante factum erat. Non enim absurde conicitur eo tempore quando ut
dixi reum mortis pronuntiauerunt. hora nona noctis esse po-
tuisse. Ex qua hora usque ad horam qua sedit pilatus pro tribunali.
quasi sexta hora fuit non diei sed parasceues. id est immolationis
domini quod uerum pascha est. ut plena sexta eiusdem parasceues
que plena diei tertia occurrebat dominus suspenderetur in ligno.
Siue ergo hoc potius intelligendum legatur. siue marcus tertiam
horam recoluerit. eamque maxime ad comparationem iudeorum in domini cru-
cifixione commemorare uoluerit. qua intelliguntur clamare potuisse
ut crucifigeretur. ut ipsos potius crucifixisse acciperemus.
quam eos quorum manibus in ligno suspensus est. sicut ille cen-
turio magis accessit ad dominum. quam illi amici quos misit. pro-
culdubio questio soluta est de hora dominice passionis que maxime
solet et contentiosorum concitare impudentiam. et infirmorum imperitiam perturbare.

Sequitur matheus et dicit. Tunc. xiiii.
crucifixi sunt cum eo duo latrones: unus a dextris et unus

a sinistris. Marcus silet et lucas. Nec iohannes aliquam fecit
questionem. quamuis latrones eos non dixerit. Ait enim. Et cum eo a
lios duos hinc et hinc: medium autem ihesum. Esset autem contrarium. si cum
illi dixissent latrones. iste diceret innocentes. Sequitur matheus
et dicit. Pretereuntes autem blasphemabant eum: mouentes capi
ta sua et dicentes. Vach qui destruit templum dei. et in triduo illud
reedificat. Salua temetipsum. Si filius dei es descende de cru
ce. Huic marcus pene ad eadem verba consonat. xv.

Sequitur matheus deinde et dicit. Similiter et principes sacerdotum illu
dentes ~~dixerunt~~ cum scribis et senioribus dicebant. alios sal
uos fecit: seipsum non potest saluum facere. Si rex israel est: descen
dat nunc de cruce et credimus ei. Confidit in deum. liberet nunc
eum si vult. Dixit enim quia filius dei sum. Marcus et lucas quamuis a
lia verba dicunt. ad eandem tamen sententiam concinunt. cum alius
pretermittit quod alius commemorat. De principibus quidem sacerdotum
quod insultauerint domino crucifixo pariter non tacet. quamuis senio
res taceat marcus. Lucas autem quia principes dixit nec addi
dit sacerdotum: magis nomine generali omnes primates complexus
est. vt ibi possint intelligi scribe et seniores. xvi.

Sequitur matheus et dicit. Idipsum autem et latrones qui crucifixi
erant cum eo improperabant ei. Nec marcus discrepat. hoc
idem dicens aliis verbis. Lucas autem potest putari repugnare.
nisi genus locutionis vsitatum satis. non obliuiscamur. Ait
enim lucas. Vnus autem de hiis qui pendebant latronibus blasphe
mabat eum dicens. Si tu es xpc: saluum fac temetipsum et nos.
Et sequitur idem ipse atque ita contexit. Respondens autem alter increpa
bat eum dicens. Neque tu times deum quod in eadem dampnatione es? Et
nos quidem iuste. nam digna factis recipimus. hic vero quid mali fecit?
Et dicebat ad ihesum. Domine memento mei dum veneris in regnum
tuum. Et dicit illi ihesus. Amen dico tibi. hodie mecum eris in pa
radiso. Quomodo ergo sicut matheus dicit latrones qui cruci
fixi erant cum eo improperabant ei. vel sicut marcus dicit. et qui
cum eo crucifixi erant conuiciabantur ei. quandoquidem vnus eorum conuiciatus
est secundum luce testimonium. alter compescuit eum et in dominum credi
dit? nisi intelligamus matheum et marcum breuiter perstringentes
hunc locum. pluralem numerum pro singulari posuisse? Sicut in

epla ad hebreos pluraliter legimus dictu. clauserunt ora
leonu. cu solus daniel significari itelligatur. et pluralit
dictu secti st. cu de solo ysaia tradat. in psalmo etia quo
dictu est. astiterut reges tre et pncipes guenerut i unu.
plurale nu p singulari positu i actib aplo exponit.
Na reges ppt herode. pncipes ppt pilatu itellexerut q
testimoniu eiusde psalmi adhibuerut. Sed quia et paga
ni calupniari solet euangelio. videat quadmodu locuti
st auctores eo. fedras. medeas. et ditemestras. cu singu
le fuerit. Qd at usitatius. verbi gratia. qo ut dicat ali
quis. et rustici mali insultat. etia si unus isultet. Tuc eni
esset contrariu qd lucas de uno manifestauit. si illi dix
issent ambos latrones conuiciatos dno. Ita eni no posset sub
nuo plurali unus itelligi. Cu uo dictu est latrones. vl
q cu eo crucifixi erat. nec additu est ambo. no solu si ambo
fuissent fecissent posset hoc dici. sed etia quia hoc unus
fecit. potuit usitato locutiois modo per plurale nu significari.

Sequit matheus et dicit. A sexta at hora tenebre facte
st sup uniuersa tra usq i hora nona. Hoc et duo alii
contestant. Addidit at lucas etia unde facte sint tenebre
id est sole obscuratu. Sequit matheus. Et circa hora nona
clamauit ihc voce magna dices. hely hely lamazapthani.
hoc est deus meus de meus ut qd dereliquisti me. Quida
at illic stantes et audientes dicebat. helya vocat iste. Marcus
pene ad eade verba; ad eande tame sententia no pene
sed omnino consentit.

Sequit matheus. Et cotinuo currens unus ex eis accepit
spongia et ipleuit aceto. et iposuit arudini. et dabat ei bibe
re. Sic et marcus dicit. Currens at unus ex eis et iples spogia
aceto. circuponensq calamo. potu dabat ei dices. Sinite; vi
deamus si ueniat helyas ad deponendu eu. Qd quide de helya
no ipm qui obtulit spongia cu aceto. sed ceteros dixisse
matheus narrauit. Ait eni. Ceteri uo dicebat. Sine; vi
deamus an ueniat helyas liberans eu. Unde itelligimus et eu
illu et ceteros hoc dixisse. Lucas at anteq de latronis i

insultatione narraret: hoc de aceto ita commemorauit. Illude bant autem ei et milites accedentes et acetum offerentes illi dicentes. Si tu es rex iudeorum: saluum te fac. Semel complecti uoluit quod a militibus factum et dictum est. Ubi monere non debet. quod non unum eorum dixit acetum obtulisse. Genus enim locutionis tenuit de quo supra tractauimus: pluralem pro singulari ponens. Hoc autem de aceto etiam iohannes commemorauit ubi ait. Postea sciens ihesus quia iam omnia completa sunt: ut consummaretur scriptura dixit. Sitio. Uas autem positum erat aceto plenum. Illi autem spongiam plenam aceto ysopo circumponentes. obtulerunt ori eius. Sed quod apud eundem iohannem inuenitur dixisse. sitio. et quia uas ibi erat plenum aceto: non mirum est si ceteri tacuerunt. XVII.

Dehinc sequitur matheus. Ihesus autem iterum clamans uoce magna: emisit spiritum. Marcus sic. Ihesus autem emissa uoce magna: expirauit. Lucas autem quod ipsa uoce magna dixerit declarauit. Dixit enim. Et clamans ihesus uoce magna dixit. Pater. in manus tuas commendo spiritum meum. Et hec dicens expirauit. Iohannes uero sicut tacuit illam uocem primam hely hely quam matheus et marcus retulerunt: tacuit etiam istam quam solus lucas indicauit. illi autem duo nomine uocis magne significauerunt. id est. pater in manus tuas commendo spiritum meum. Quod eum uoce magna dixisse et ipse lucas similiter ~~testatus~~ attestatus est: ut intelligamus hanc fuisse uocem magnam quam matheus et marcus commemorauerunt. Sed dixit iohannes quod nullus illorum trium. eum dixisse consummatum est. cum acetum accepisset: quod eum ante ipsam uocem magnam dixisse intelligimus. Hec sunt enim uerba iohannis. Cum ergo accepisset acetum dixit consummatum est: et inclinato capite tradidit spiritum. Inter illud quod ait [consummatum est. illud quod ait.] inclinato capite tradidit spiritum: missa est illa uox magna quam tacuit iste. ceteri autem tres commemorauerunt. Hoc enim apparet esse ordinis. ut ante diceret. consummatum est. cum perfectum esset in illo quod de illo prophetatum erat. et tamquam ad hoc expectaret. ut utique cum uellet moreretur: deinde commendans tradidit spiritum. Sed quomodo quilibet dici potuisse arbitretur: hoc magnopere cauendum est. ne cui uideatur ~~eum~~ quisque euangelistarum alteri repugnare. si uel tacuit quod alius dixit.

Quod vel dixit qd' alius tacuit, xviij.
Sequitur matheus, Et ecce velu tepli scissu est a sumo usque deorsu i duas ptes. lucas sili hoc ait, et velu tepli scissu est mediu: sed no eode ordie. Voles ei miraculo adiungere cu dixisset sol obscuratus est. ptinuo subiugendu existimauit. et velu tepli scissu est mediu. pompas videlicet qd' expirante dno factu est. vt inde recapitulans exequeret et de potu aceti. et de illa voce magna, et de ipa morte. que ante scissione veli post tenebras facta itelligut. Matheus ei cu dixisset ihc at iteru clamas voce magna. emisit spm. ptinuo subiecit. et ecce velu tepli scissu est. Satis expressit tuc esse scissu cu ihc emisisset spm. Si at no addidisset. et ecce. sed simpliciter dixisset. velu tepli scissu est. incertu esset vtru ipe et marcus hoc recapitulando comemorassent. lucas at ordine tenuisset. an lucas recapitulasset. qd' illi ordie pro

Sequitur matheus. Et tra mota xix, Secuti fuissent.
est. et petre scisse st. et monumeta apta st. et multa corpa scoz qui dormierat surrexerut, Et exeutes de monumetis post resurrectione eis. venerut i scam ciuitate, et apparuerut multis. Hec que solus dixit. no est metuendu ne cuiq cetero repugnare videant Sequitur ide ipe. Centurio at et qui cu eo erat custodietes ihm. viso tre motu et hijs que fiebat. timuerut valde dicetes. Vere filius dei erat iste, Marcus sic. Vides at ceturio qui ex aduerso stabat. qr sic clamas expirasset ait. Vere homo hic filius dei erat. lucas sic. Vides at ceturio qd' factu fuerat. glorificauit deu dices. Vere hic homo iustus erat. No est cotrariu qd' matheus viso tre motu dicit admiratu ceturione et eos q cu illo erat, cu lucas dicat hoc eu admiratu qd' emissa illa voce expirasset: ostendens quia i potestate habuerit quado moreret, In eo quippe qd' ait ide matheus no solu dixit viso tre motu, sed etia addidit. et hijs que facta erat. integru locu fuisse demonstrauit luce. vt diceret ceturione ipam dni morte fuisse miratu. quia et hoc inter illa est que tuc mirabiliter facta erat. quamquam et si matheus illud no addidisset itelligendu erat cu multa miracula facta fuerit. et oia ceturio

et q cū eo erāt mirari potuerāt . liberū fuisse narrantib9 qd
qsq; miratū illū cōmemorare voluisset . nec eos sibi repug
nare cū alius illud alius illud diceret fuisse miratū . quādo
oīa fuerāt ille miratus . Qd' āt alius ait cēturionē dixisse .
vere filiꝰ dei erat iste . alius āt . vere hic homo filius dei erat : nō
mouebit eū cui nō exciderūt tam multa superius similiter
dicta et exposita . Ad vnā quippe sentenciā vtraq; vba ptinēt .
nec qd' alius tacuit homo . alius dixit ullomodo contrariū
est . magis qd' lucas nō ait cēturionē dixisse filius dei
erat . sed iustus erat . potest putari diuersū . sed vtrūq; a cē
turione dictū ītelligere debem9 . et alius illos aliud istū cō
memorasse . vel fortasse lucā exprimē voluisse sentēciā cen
turiōis . quōmodo dixerit ihm filiū dei . forte eī nō eū vnigenitū
equalē pri cēturio ītellexerat . sed ideo filiū dei dixerat . qr iustū
crediderat , sicut multi iusti dicti sūt filij dei . Qd' āt etiā ipse
lucas dixerat . videns āt cēturio que fcā erāt . ī eo genere īclu
sit oīa que ī illa hora facta mirabiliter erāt . tamq vnū factū
mirabile cōmemorans . cui9 quasi mēbra et ptes erant
oīa illa miracula . Jā vero qd' matheus addidit eos qui cū
cēturione erāt . alij āt hoc tacuerūt ? cui nō appareat ex
notissima regula nō esse contrariū cū alius dicit qd' aliꝰ
tacet ? Et qd' matheus dixit , timuerūt valde . lucas autē
nō dixit . timuerūt . sed glorificauit deū ? qs nō eū ītel
ligat timendo glorificasse ? XX

Sequitur matheus , Erāt āt ibi mulieres multe alon
ge que secute fuerāt ihm a galilea ministrātes ei . inter
qs erat maria magdalene . et maria iacobi . et ioseph mater .
et mater filiorum zebedei . Marcus sic . Erāt āt et mulieres
delonge aspicientes . inter quas erat maria magdalene .
et maria iacobi minoris . et ioseph mater . et salome . Et
cū esset ī galilea sequebant' eū et ministrabāt ei . et alie
multe que simul cū eo ascenderāt iherusolimā , Inter hos
nichil video qd' contrariū possit putari . Qd eī īterest ad
veritatē ? qd' quasdā mulieres pariter . quasdā singuli nō
minauerūt ? lucas ergo ita narrationē contexit . Et oēs
turbe eorum qui simul aderāt ad spectaculū istud et videbāt
que fiebāt : percutientes pectora sua reuertebant' . Stabāt

aũt oẽs noti ei9 alonge: et mulieres que secute fuerãt eũ a galilea hec videtes. Vnde superioribus duob9 de mulierũ presentia ꝯsentit. q̃uis nulla earũ noĩatim exprimat. De turba etiã que simul adeãt et vidente que fiebãt. tũdebant pectora sua et reuertebãtᵣ. ꝯsentit matheus. q̃uis seorsũ adnepeit. centurio aũt et qui cũ eo erãt. Q̃ uapter tantũmodo de notis ei9 qui stabãt alonge solus ĩcitᵣ dixisse. Nã ⁊ iohẽs de presentia fẽiarũ ꝯmẽorauit anteq̃ dñs emisisset spm̃ ita narrãs. Stabat aũt iuxta crucẽ ihũ. mater ei9 et soror m̃ris ei9 maia cleophe. et maia magdalene. Cũ vidisset g° ihc matrẽ et discipłm stantẽ quẽ diligebãt: dicit matri sue. Mulier ecce filius tuus. Deĩde dicit discipło. Ecce mater tua. Et ex illa hora. accepit eã discipłs in sua. Qua ĩ re nisi aptissime matheus ⁊ lucas mariam magdalene noĩassent. possem9 dicere alias longe. alias iuxta crucẽ fuisse. Nullus eĩ eo⁊ preter iohẽm matrẽ dñi ꝯmẽorauit. Nũc ergo quomodo ĩtelligitur eãdẽ maia magdalene et alonge stetisse cũ alijs mulieribus. sicut matheus et lucas dicũt. et iuxta crucẽ fuisse sicut iohẽs dicit: nisi quia in tanto ĩtuallo erãt. vt et iuxta dici possent quia ĩ conspectu ei9 presto ~~erant~~ aderant. et alonge ĩ cõparatiõe turbe. propiquius circũstantis cũ cẽturione ⁊ militibus. Possum9 etiã ĩtelligere qđ ille que simul aderant cũ matre dñi. postq̃ discipło eã ꝯmẽdauit. abire iã ceperant. vt a densitate turbe se exuerẽt: et cetera que factũ sꝰ longius ĩtuerẽtᵣ. vt ceteri euãgeliste qui post mortẽ dñi eas ꝯmẽorauerũt. iã longe stantes ꝯmẽorarẽt. XXI.

Seqtᵣ matheus. Cũ sero aũt factũ esset. veñ quidã homo diues ab arimathia noĩe ioseph; qui ⁊ ipẽ discipulus erat ihũ. Hic accessit ad pilatũ. et pecijt corpus ihũ. Tũc pilatus iussit reddi corpus. Marcus sic. Et cũ iã sero factũ esset. q2 erãt parasceuen qđ est ante sabbatũ. veñ ioseph ab arimathia nobilis decurio. qui et ipẽ erãt expectans regnũ dei. Et audacter ĩtroiuit ad pilatũ: et pecijt corpus ihũ. Pilatus aũt. mirabatᵣ si iã obijsset. Et accersito cẽturione:

i'trogauit si iā ꝙ mortuus esset , Et vt cognouit a ce-
turiōe: donauit corpus ioseph · lucas sic , Et ecce vir nōie
ioseph q̄ erat decurio vir bonus et iustus: hic nō ꝯsenseat
ꝯsilio et actibus eor . ab arimathia ciuitate iude . q̄ expec-
tabat et ipē regnū dei. Hic accessit ad pilatū et peciit
corpus ihū , Johēs aūt postq̄ narrauit de cruribꝰ fractis
eoꝝ qui cū dnō crucifixi erāt . et de latere dn̄i lancea p-
cusso . qd' totū solus dixit : sic iungit etiā de ioseph ꝯsentiēs
ceteis ita narrās , Post hec aūt rogauit pilatū ioseph ab a-
rimathia . eo qd' esset discipl's dn̄i . occultus aūt ꝓpt' metū
iudeoꝝ : vt tollet corpus ihū , Et pmisit pilatus . Veīt gº
et tulit corpus ihū . In hoc nichil extat ī quo aliq̄s eorū
alicui repugnare videat' , Sed aliq̄s forţasitan querat
quomodo a semetipo iohēs ipē nō discrepet . ꝯtestans cū
ceteis qd' ioseph petierit corpus ihū . et solus dicēs quod
occultus fuisset discipl's ꝓpt' metū iudeoꝝ . Merito autē
monet cur ille qui ꝓpter timorē occultus erat . ausus sit
petē corpus eiꝰ: qd' nullus eoꝝ qui cū palā sequebantur
auderet , Sed ītelligendū . istū fiducia dignitatis hoc fe-
cisse qua preditus poteat familiariter intrare ad pi-
latū . in extremo aūt illo officio funeri exhibēdo . mīus
curasse de iudeis . q̄uis soleret ī dominicā dnm audiēdo .
Seorū insidias deuitare . xxvi .

Secūt' matheus . Et accepto corpe ioseph . īuoluit illd'
ī syndone mūda : et posuit illud ī monumēto suo nouo .
qd' exciderat ī petra . Et aduoluit saxū magnū ad hos-
tiū monumēti ⁊ abiit . Marcus sic , Joseph aūt mercatꝰ
syndonē . et deponēs eū īuoluit syndone et posuit ī mo-
numētū qd' erat excisū de petra : et aduoluit lapidem
ad hostiū monumēti , lucas sic . Et depositū īuoluit in
syndone . et posuit eū ī monumēto exciso . ī quo nōdū
q̄sq̄ positus fueāt , Ex hiis tribus nulla questio dissen-
sionis oriri potest , Johēs aūt sepulturā dn̄i nō a solo io-
seph sed a nicodemo q̄ꝫ curatā fuisse cōmeōrat , Con-
sequēter eā a nychodemo īcipiēs ita narrat , Venit

at ꝛ nycodemus qui venerat ad ihm nocte primu. ferens mixturam
mirre ꝛ aloes quasi libras centu. Deinde sequitur iungens ipm ioseph.
Acceperunt ergo corpus ihu et ligauerunt eu linteis cu aromatibus
sicut mos est iudeis sepelire. Erat autem in loco ubi crucifixus
est ortus. et in orto monumentu nouu in quo nondu quisqua positus
erat. Ibi ergo propter parasceuen iudeorum quia iuxta erat monume
tu posuerunt ihm. Neque hic aliquid repugnat recte intelligentibus.
neque enim illi qui de nicodemo tacuerunt. affirmauerunt a solo
ioseph dnm sepultu. quamuis solius commemorationem fecerint.
aut quia illi sindone una a ioseph inuolutu dnm dixerunt.
propterea prohibuerunt intelligi et alia lintea potuisse afferri
a nicodemo et superaddi. ut veru narret iohannes. quod non uno
litheo. sed linteis inuolutus sit. quamuis et propter sudariu quod ca
piti adhibebatur. et institas quibus totu corpus alligatu est:
quia omnia de lino erant etiam si una sindo ibi fuit. verissime
dici potuit. ligauerunt eu linteis. Lintea quippe ~~ge~~ genera
liter dicuntur que lino texuntur. XVIII.

Sequitur matheus. Erat autem ibi maria magdalene et al
tera maria: sedentes contra sepulchru. Quod marcus ita dicit. ma
ria autem magdalene et maria ioseph aspiciebant ubi poneretur.
Unde nichil ex hoc dissentire manifestu est. Sequitur mathe(us).
Altera autem die que est post parasceuen: conuenerunt principes
sacerdotu et pharisei ad pilatu dicentes. Domine recordati sumus
quia seductor ille dixit adhuc viuens: post tres dies resurgam.
Iube ergo custodiri sepulchrum usque in diem tertiu. ne forte ve
niant discipuli eius ꝛ furentur eu. et dicant plebi surrexit a mor
tuis. et erit nouissimus error peior priore. Ait illis pilatus.
Habetis custodiam: ite custodite sicut scitis. Illi autem abeuntes
muniuerunt sepulchrum: signantes lapidem cu custodibus. Hoc so
lus matheus narrat: nullo ~~alior~~ aliorum narrante aliquid
quod huic videatur contrariu esse.

Deinde sequitur idem matheus et dicit. Vespere autem sabbati
que lucescit in prima sabbati: venit maria magdalene et al
tera maria videre sepulchrum. Et ecce terre motus factus est magnus:
angelus enim dni descendit de celo. et accedens reuoluit lapidem.
et sedebat super eu. Erat autem aspectus eius sicut fulgur: et vesti

mēta eiꝰ sicut nix. Pre timore aūt eiꝰ exterriti sꝰ custodes: et facti sꝰ velut mortui. Respondēs aūt angelus dixit mulieribus. Nolite timēre vos. Scio ēm, qđ ihm q̄ crucifixus est queritis. Nō est hic. surrexit ēm sicut dixit. Venite ⁊ videte locū ubi positus ēat dn̄s. Et cito euntes dicite discipl'is eiꝰ, qr surrexit: et ecce p̄cedet vos ī galileā. ibi eū videbitis. ecce dixi vob'. Huic marcus cōsonat. Sed potest moueṙ, quomodo scdm matheū angelus sedebat sup lapidē reuolutū a monumēto. Marcꝰ eās ītroeuntes eas ī monumētū dicat vidisse iuuenē ī dextris sedētē. coop̄tū stola candida. et obstupuisse. nisi ītelligamꝰ aut matheū tacuisse de illo angelo. quē ītrātes viderūt. aut marcū tacuisse de illo quē foris viderūt sedētē sup lapidē. et duos viderūt. et a duobꝰ singillatī audierūt que dixerūt angeli de ihū, primus ab illo quē foris viderūt sedētē sup lapidē. deīde ab illo quē viderūt ītrātes ī monumētū sedētē a dext's: qđ ut ītrarēt. illiꝰ qui foris sedebat v'bis exhortate sꝰ dicētis. venite ⁊ videte locū vbi positus ēat dn̄s. Quo veīentes vt dictū est et intrātes viderūt eū. de quo matheꝰ tacet. marcus aūt loqt̄ʳ sedētē a dext's. a quo talia similiter audierūt. aut certe intrātes ī monumētū. ī aliqua septa macerie debemꝰ accip̄e. qua cōmunitū locū tūc fuisse credibile est ī aliquo spacio ante petrā. qua excisa locus fuerat factus sepulture. et ipm viderūt ī eodē spacio sedentē a dextris. quē dixit matheus sedētē sup lapidē. quē ēe motu ab hostio monumēti reuoluerat. id est a loco sepulchri qđ effossū ēat ī petra.

Ite queri potest. quadmodū marcus dicat. ille exeūtes fugerūt de monumēto. īuaserat ēm eas tremor ⁊ pauor. et nemī q̄cq̄ dixerūt. timebāt ēm: cū dicat matheus. et exierūt cito de monumēto cū timore et gaudio magno. currētes nūciare discipl'is eiꝰ. nisi ītelligamꝰ ipsoꝝ angeloꝝ nemīni ausas fuisse aliq̄d dicē. id est respondere ad ea que ab illis audiebāt. aut certe custodibꝰ quos iacētes viderūt. Nā illud gaudiū qđ matheꝰ cōmēorat: nō repugnat timori de quo marcus dicit. Debuimꝰ ēm vtrūqꝫ ī illarū aīo factū ītelligere. etiā si ip̄e matheus de timore nō diceret. Cū vo et ip̄e dicat. exierūt cito de monumēto cū timoē ⁊ gaudio

De magno: nichil ex hac re questionis remanere permittit. De hora quoque ipsa qua venerunt mulieres ad monumentum non contempnenda oritur questio. Cum enim matheus dicat. vespere autem sabbati que lucescit in prima sabbati venit maria magdalene et altera maria videre sepulchrum. Quid est quod dicit marcus. et valde mane una sabbatorum veniunt ad monumentum oriente iam sole. In quo quidem a ceteris duobus id est luca et iohanne non discrepat. Quod enim dicit lucas. valde diluculo. et iohannes. mane cum adhuc tenebre essent. hoc intelligitur marcus dicere voluisse valde mane oriente iam sole. id est. cum celum ab orientis parte iam albesceret: quod non fit utique. nisi solis orientis vicinitate. Eius est enim ille fulgor qui nomine aurore appellari solet. Ideo non repugnat illi qui ait. cum adhuc tenebre essent. Die quippe surgente alique reliquie tenebrarum. tanto magis extenuantur quanto magis oritur lux. Nec sic accipiendum est quod ait. valde mane. tamquam sol ipse iam videretur super terram. sed potius sicut dicere solemus eis quibus volumus significare temperius aliquid esse faciendum. Cum enim dixerimus mane. ne putent iam sole super terram conspicuo nos dicere. ad hoc plerumque addimus. valde mane. ut illud quod etiam albescente aurora vocatur intelligant. Quamquam et hoc usitatum sit. ut post gallicantum sepe repetitum cum conicere ceperint homines iam diem appropinquare. dicunt iam mane est. et post hoc verbum attenderint. ac iam oriente id est de proprio veniente in has partes sole celum rubescere vel albescere viderint. addunt qui dicebat mane est. et dicunt valde mane est. Quod autem interest. dum sive illo modo sive isto nichil aliud intelligamus a marco appellatum mane. nisi quod lucas appellauit diluculum. et hoc valde mane quod ille valde diluculo. et quod iohannes mane cum adhuc tenebre essent. sole autem oriente. id est ortu suo iam celum illuminare incipiente. Quomodo ergo hiis tribus congruat matheus qui nec diluculo nec mane. sed vespere ait sabbati que lucessit in prima sabbati attentius indicandum est. A prima quippe parte noctis quod est vesper. ipsam noctem voluit significare matheus: cuius noctis fine venerunt mulieres ad monumentum. Ea vero causa intelligitur eandem noctem sic appellasse: quia iam a vespere licebat afferre aromata. transacto

utiq; sabbato. Ergo qm̄ sabbato īpediebāt ut nō ante facerēt.
ab eo tp̄e nōiauit noctē ex quo eis licere cepit. ut facerent
qđ uellet tp̄e eiusdē noctis. Hic itaq; dictū est. uesp̄e sabbati
ac si diceret noctē sabbati: id est nocte que sequit diem
sabbati. Qđ ipa u̾ba eiꝰ satis indicant. Sic eī ait. Vesp̄e
āt sabbati que lucescit ī p̄ma sabbati. Qđ fieri nō potest
si tantūmodo primā noctis p̄ticulā. id est solū īiciū noctis
ītellexerimꝰ dicto uesp̄e significatā. Neq; eī ip̄m īiciū luces-
cit ī primā sabbati: sed ipā nox que luce īcipit terminari. Nā
terminus prime p̄tis noctis. secunde p̄tis īiciū est. lux autē
terminꝰ totius noctis est. Unde nō potest dici uesper lucescēs
ī p̄mā sabbati: nisi nōie uesperi nox ipā ītelligatur quā lux
terminat. Et usitatus loquēdi modus est diuine scripture. a
p̄te totū. A uesp̄e ergo noctē significauit: cuiꝰ extremū di-
luculū est. Diluculo eī uenerūt ille mulieres: ac p hoc ea noc-
te uenerūt que significata est nōie uesperi. Tota eī signi-
ficata est eo nōie ut dixi. et ideo quacūq; eiꝰ noctis p̄te ve-
nissent. ea utiq; nocte uenerūt. Cū ergo uenerūt p̄te eiꝰ
noctis extrema: ea procul dubio nocte uenerūt. Vespere
āt sabbati que lucescit ī p̄mā sabbati: nō potest nisi tota ipā
nox ītelligi. Eo igiᷣ uesp̄e uenerūt. que ipā nocte uene-
rūt. Nā et ip̄m triduū quo dn̄s mortuus est et resurrexit:
nisi isto loquēdi modo quo a p̄te totū dici solet. recte ītelligi
nō potest. Ipe q̄ppe ait. Sicut fuit ionas ī uentre ceti t̄bus
diebus et tribus noctibus: sic erit filiꝰ hōis ī corde t̄re. Cō-
putatur autē tp̄a siue ex quo tradidit sp̄m. siue ex quo
sepultus est: et nō occurrit ad liquidū nisi medius dies.
hoc est sabbatū totū accipiamꝰ. id est diē cū sua nocte. illos
āt qui eū ī medio posuerūt. id est parasceuen. p̄mā sab-
bati quē diē dominicū uocamus a p̄te totū ītelligamꝰ.
Qđ eī iuuat qđ quidā hijs angustijs coartati. et istū lo-
cutiōis modū id est a p̄te totū ī scīrū sc̄pturarū soluēdis
questiōibꝰ plurimū ualere nescientes. noctē uoluerūt
ānumerare tres illas horas a sexta usq; ad nonā q̄bus
sol obscuratus est. et diem. tres iterū alias horas quibus
terris est redditus. id est a nona usq; ad eius occasū. Seqᷓt.

cū nox futuri sabbati: qua cū sua die ꝯputata. erūt iā due noc
tes et duo dies. Porro aūt post sabbatū sequit᷑ nox prima sabbati
id est illucescentis diei dominici ī qua tūc dn̄s resurrexit.
Erūt ergo due noctes. et duo dies. et una nox. etiā si tota
possit ītelligi. nec ostēderimꝰ qđ illud diluculū p̄s eiꝰ extrema
sit. Quapropt᷑ nec annumeratis illis sex horis. quarū t̄pꝰ sol
obtenebratus est. et t̄bus illuxit. constabit ratio ~~teraū noctiū~~
triū noctiū et triū dierū. Restat ergo ut illo scripturarū vsita
tissimo loquēdi modo quo a parte totū ītelligit᷑ īueniamꝰ ex
tremū diē t̄pus parasceue quo crucifixus et sepultus est
dn̄s. et ipām extremā p̄te totū diē cū sua nocte qui iā p̄actꝰ
fuerat accipiamꝰ. mediū aūt id est sabbati diē nō a p̄te sed ex
integro totū. tertiū rursus a ~~p̄te~~ sua prima id est a nocte
totū cū suo diurno t̄pe. ac sic erit triduū. queadmodū illi
octo dies post quos ascēdit ī mōte. quoꝝ medios attēdētes
matheus et marcus dixerūt post sex dies. qđ lucas dixit
post octo dies. Nunc iā ceteros videamꝰ. queadmodū matheo
ꝯgruāt. Lucas eī aptissime dicit duos angelos visos fuisse
a mulieribꝰ que venerūt ad monumētū. ex quoꝝ singulos
ītellexeramꝰ cōmemoratos a duobꝰ: vnū a matheo. id ē illū
qui extra monumētū sedebat ī lapide. alterū a marco. id
est illū qui intra monumētū sedebat ī dextris. Sed lucas ita
narrat. Et dies erat parasceuen. et sabbatū illucescebat.
Subsecute aūt mulieres que cū ipo venerāt de galilea vide
rūt monumētū. et queadmodū positū erat corpus ih̄u. et
reuertētes parauerūt aromata et vnguēta. Et sabbato
q̄dē siluerūt secūdū mandatū. Vna aūt sabbati valde di
luculo venerūt ad monumētū portantes que parauerūt
aromata. et īuenerūt lapidē reuolutū a monumēto. et
īgresse nō īuenerūt corpꝰ dn̄i ihesu. Et factū est dū mēte
essent consternate de isto: ecce duo steterūt viri iuxta illas
ī veste fulgenti. Cū timerēt aūt et declinarēt vultū ī t̄rā:
dixerūt ad illas. Qđ queritis viuentē cū mortuis? Nō
est hic sed surrexit. Recordamī qualit᷑ locutus sit vobis
cū adhuc ī galilea esset dicēs. quia oportet filiū hoīs tradi
ī manꝰ hoīm p̄ccoꝝ. et crucifigi. et die tertia resurgere.
Et recordate sūt verboꝝ eiꝰ: et regresse a monumēto.

nūciauerūt hec oīa illis vndecī et ceteris oīb9. Q°modo g°
singuli visi sūt sedentes. vnus scd'm matheū foris sup lapi-
dē. alter scd'm marcū intus a dextris. cū secūdū lucā duo
steterūt secus illas. Quamuis similia dixerīt. possumus
quidē adhuc itelligere vnū angelū visū a mulierib9. et
scd'm matheū et scd'm marcū sicut supradiximus. vt eas in-
gressas ī monumentū sic accipiamus. ī aliqd' scilicet spaciū
qd' erat aliqua maceria cōmunitū. vt intrari possit ante
illū saxeū sepulchri locū. atq; ibi vidisse angelū sedentē
sup lapidē reuolutū a monumēto sicut dicit matheus. vt
hoc sedente a dextris qd' dixit marcus. Deīde intus ab eis dū
īspicerēt locū ī quo iacuerat corpus dn̄i. visos alios duos
angelos stātes sicut dixit lucas. similia locutos ad earū
exhortandū aīm et fidē edificandā. Sed videamus illa que
iohes dicit. vtrū vel quēadmodū hijs congruat. Sic ergo
narrat iohes. Una aūt sabbati maria magdalene venit ma-
ne cū adhuc tenebre essent ad monumētū: et vidit lapi-
dē sublatū a monumēto. Cucurrit g° et venit ad symonē
petrū. et ad aliū discipl'm quē amabat ihc: et dicit eis. Tu-
lerūt dn̄m de monumēto: et nescimus vbi posuerūt eū.
Exijt ergo petrus et ille alius discipulus: et venerūt ad
monumētū. Currebāt aūt duo simul: et ille alius discipl's
precurrit citius petro. et venit prim9 ad monumētū. Et
cū se iclinasset. vidit lintheamina posita. nō tamē itroiuit.
Venit g° symon petrus sequēs eū: et itroiuit ī monu-
mētū. Et vidit lintheamīa posita. et sudariū qd' erat sup ca-
put ei9 nō cū linteamīb9 positū. sed separatī inuolutū
ī vnū locū. Tūc g° itroiuit et ille discipl's qui venerat
primus ad monumētū: et vidit et credidit. Nondū eīm
sciebat scripturā: qz oportet eū a mortuis resurgere. Abierūt
ergo ad semetipsos discipli: maria aūt stabat ad monume-
tū foris plorās. Cū g° fleret. iclinauit se et pspexit ī mo-
numētū: et vidit duos angelos ī albis sedentes. vnū
ad caput et vnū ad pedes vbi positū fuerat corpus ihū.
Dicūt ei. Mulier qd plorās. Dicit eis. Quia tulerunt dn̄m
meū. et nescio vbi posuerūt eū. Hec cū dixisset. conuersa

retrorsu̅ vidit ih̅m stante̅: et no̅ sciebat quia ih̅c esset. Dicit ei ih̅c. Mulier q̅d ploras? Que̅ queris? Illa existimans quia ortolanus esset: dicit ei. Dn̅e si tu sustulisti eu̅ dicito michi. et ego eu̅ tolla̅. Dicit ei ih̅c. Maria. Conuersa illa dicit illi. Rabboni. q̅d dicit̅ mg̅r. Dicit ei ih̅c. Noli me tange̅: nondu̅ e̅i ascendi ad pr̅em meu̅. Vade at̅ ad fr̅es meos et dic eis. Ascendo ad pr̅em meu̅ & pr̅em vr̅m: deu̅ meu̅ et deu̅ vr̅m. Venit maria magdalene a̅nuncians discipulis. q̅r vidi dn̅m et hec michi dixit. In hac iohannis narratio̅e dies vel te̅pus quo ventu̅ est ad monume̅tu̅ cu̅ ceteris co̅uenit. Illud etia̅ q̅d duo angeli visi su̅t co̅cordat cu̅ luca. Sed q̅d ille dicit stantes angelos visos. iste at̅ sede̅tes. et cetera que illi no̅ dicu̅t quomodo hic possit i̅telligi no̅ discrepare a ceteris. et quo ordi̅e hec gesta sint: nisi diligenter co̅sideret̅. repugna̅tia possu̅t videri. Quapropter hec o̅ia que circa te̅pus resurrectio̅is dn̅i facta su̅t. secu̅du̅ ~~ordine~~ o̅im euangelistaru̅ testimonia. i̅ vna quada̅ ratio̅e qua̅tu̅ nos dn̅s adiuuerit. que̅admodu̅ geri potuerint ordinemus.

Primo sabbati diluculo sicut o̅es co̅sentiu̅t ventu̅ est ad monume̅tu̅. Ia̅ factu̅ erat q̅d solus co̅memorat matheus. de t̅re motu. et lapide i̅uoluto. co̅territis q̅ custodibus. ita vt i̅ p̅te aliqua velut mortui iacerent. Venit at̅ sicut iohes dicit maria magdalene: sine dubio ceteris mulieribus que dn̅o ministrauerunt feruentior plurimu̅ dilectio̅e: vt no̅ i̅merito iohes sola̅ co̅memoraret. tacitis eis que cu̅ illa fueru̅t sicut alii testant̅. Venit ergo et vt vidit lapidem sublatu̅ a monume̅to. anteq̅ aliq̅d diligentius i̅spiceret no̅ dubitans ablatu̅ inde esse corpus ihesu. cucurrit sicut ide̅ dicit iohes et nu̅ciauit petro et ipi iohan̅i. Ip̅e est e̅i discipls que̅ amabat ih̅c. At illi curre̅ ceperu̅t ad monume̅tu̅. et p̅ueniens iohes i̅clinauit se et vidit posita linteamina nec i̅trauit: petrus at̅ co̅secutus i̅trauit i̅ monume̅tu̅. et vidit linteamina posita et sudariu̅ q̅d fuerat sup caput eius.

nō cū linteaminibꝫ positū. sed separatī ī vnū locū īuolutū.
Deinde iohēs introiuit et vidit similiter. et credidit quod
maria dixerat. sublatū esse dnm̄ de monumēto. Nondū
eī sciebat scrīpturā quia oportebat eū a mortuis resurgere.
Abierūt ergo iterū ad semetipōs discipuli. maria aūt stabat
ad monumētū foris plorās. id est. ante illū saxeū sepul-
chri locū. sed tamē intra illud spaciū qđ iā ingresse fue-
rāt. ortus quippe illic erat. sicut idē iohēs cōmemorat. tūc vide-
rūt angelū a dextris sup lapidē reuolutū a monumēto:
de quo angelo narrāt matheus et marcus. Tūc eis dixit.
Nolite timēre vos. Scio eī qđ ihm̄ qui crucifixus est que-
ritis: nō est hic. surrexit eī sicut dixit. Venite et videte locū:
vbi positus erat dn̄s. Et cito euntes dicite discipulis eius quia
surrexit: et ecce precedit vos ī galileā. ibi eū videbitis ecce
dixi vobis. Quibus similia marcus quoque nō tacuit. Ad hec v̄ba
maria dū fleret īclinauit se et prospexit ī monumētū: et
vidit duos angelos sicut dixit iohēs ī albis sedentes. vnū
ad caput. et vnū ad pedes vbi positū fuerat corpus ihesu.
dicūt ei illi. mulier qđ ploras. dicit eis. quia tulerūt dnm̄
meū et nescio vbi posuerūt eū. hic ītelligendi sūt surrex-
isse angeli. vt etiā stantes videreꝛ. sicut eos lucas visos
fuisse cōmemorat. et dixisse scđm eundē lucā timētibus mu-
lieribus et vultū declinātibus ī terrā. qđ queritis viuētē cū mor-
tuis. nō est hic sed surrexit. recordamini quomodo locutus ē
vobis cū adhuc ī galilea esset. dicēs. quia oportet filiū hoīs tra-
di ī manus hoīm peccatorum et crucifigi. et die tercia resurgere.
et recordate sūt v̄borum eius. Post hec cōuersa est retrorsū ma-
ria et vidit ihm̄ stantē sicut dicit iohēs: et nō sciebat quia
ihc est. Dicit ei ihc. Mulier qđ ploras? Quē queris? Illa
existimās quia ortolanus esset. dicit. Dn̄e si tu sustulisti
eū. dicito michi vbi posuisti eū. et ego eū tollā. Dicit ei ihc
Maria. Cōuersa illa dicit ei. Rabboni: qđ dicitur magister. Di-
cit ei ihc. Noli me tangere: nondū eī ascēdi ad prem̄ meū.
Vade aūt ad fr̄es meos. et dic eis. Ascēdo ad prem̄ meū
et prem̄ vrm̄. deū meū et deū vrm̄. Tūc egressa est a
monumēto. hoc est ab illo loco vbi erat orti spaciū ante

lapide effossum. et cum illa alie quas secundum marcum inuaserat timor et pauor. et nemini quicquam dicebant. Tunc iam secundum matheum ecce ihesus occurrit illis dicens. Auete. Tunc accesserunt et tenuerunt pedes eius. et adorauerunt. Hic enim colligimus et angelorum allocutionem bis modo eas habuisse uenientes ad monumentum. et ipsius domini. semel scilicet illic quando maria ortolanum putauit. et nunc iterum cum eis occurrit in uia ut eas ipsa repetitione firmaret atque a timore recrearet. Tunc ergo ait illis. Nolite timere. Ite nunciate fratribus meis ut eant in galileam. ibi me uidebunt. Uenit ergo maria magdalene annuncians discipulis: quia uidi dominum et hec dixit michi. Non solum ipsa sed et alie quas lucas commemorat. nunciauerunt hec discipulis undecim et ceteris omnibus. Et uisa sunt ante illos + deliramenta uerba ista: et non credebant illis. Huic et marcus attestatur. Nam postea quam commemorauit eas trementes et pauentes exisse a monumento et nemini quicquam dixisse. adiunxit quod resurgens dominus mane prima sabbati. apparuit primo marie magdalene de qua eiecerat septem demonia. et quia illa uadens nunciauit hiis qui cum eo fuerant lugentibus et flentibus. et quia audientes illi quod uiueret. et uisus esset ab ea. non crediderunt. Sane matheus illud inseruit. abscedentibus mulieribus que illa omnia uiderant et audierant. uenisse etiam quosdam in ciuitatem de illis custodibus qui iacuerant uelut mortui. et nunciasse principibus sacerdotum omnia que facta erant. hoc est. que etiam illi sentire potuerunt. illos autem congregatos cum senioribus. consilio accepto pecuniam copiosam dedisse militibus. ut dicerent quod discipuli eius uenissent. eumque furati essent illis dormientibus. pollicentes etiam securitatem a preside qui eos custodes dederat. et illos accepta pecunia fecisse sicut erant edocti. diuulgatumque uerbum istud apud iudeos usque in hodiernum diem.

+ sicut

Iam post resurrectionem quemadmodum apparu *XXIIII* erit dominus discipulis considerandum est. non solum ut elucescat etiam ex hac conuenientia quatuor euangelistarum. uerum etiam ut cum paulo apostolo conueniat. qui de hac re in prima ad corinthios epistola ita loquitur. Tradidi enim uobis in primis quod et accepi. quia christus ihesus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas. et quia sepultus est. et quia resurrexit tercia die secundum

scripturas. et qr apparuit cephe. et postea vndeci. deīde appa
ruit plusq̄ quingentis fr̄ib; simul. et q̄b; pl'es manēt vsq; adhuc.
quidā aūt dormierūt. Postea apparuit iacobo: deīde aplīs oīb;.
Nouissime aūt oīm tanq̄ abortiuo. apparuit & michi. Hūc aūt ordi
nē nullus euāgelistarū tenuit. Unde ↄsiderandū est. utrū or
do quē illi tenuerūt huic nō aduerset̄. Nā nec illi oīa. nec
iste oīa dixerūt. Que aūt dixerūt oēs utrū inter se nichil
repugnēt tantū uidendū est. Lucas eīn solus quatuor euāge
listarū nō dicit a mulierib; uisū dnm. sed tantūmodo angelos.
Matheus aūt ~~at~~ dicit qđ eis occurrerit sed abeūtib; a monu
mēto. Marcus q° dicit primū uisū esse marie magdalene
sicut & iohes. Sed quomodo sit ei visus non dicit: qđ explicat̄
a iohāne. Lucas aūt nō solū tacet ut dixi eū apparuisse mulierī
b;. sed etiā duos quor; fuit un; cleophas talia dicit locutos
cū illo anteq̄ agnoscerēt eū. tanq̄ mulieres nichil se aliud q̄
angelos uidisse nūciauerīt qui dicebāt eū viuere. Ita enī
narrat. Ecce duo ex ipsis ibāt ipā die ī castellū qđ erāt ī spacio
stadior; sexaginta ab ihr̄lm. noīe emaus. Et ipi loquebantur
adinuicē de hiis oīb; que acciderāt. Et factū est dū loquerent̄
et secū quererēt: ipē ihc appropinquās ibat cū illis. Oculi aūt
illor; tenebāt̄ ne eū agnoscerēt. Et ait illis. Qui sunt hii ser
mones quos ↄfertis adinuicē ambulātes et estis tristes? Et
respondēs un; cleophas dixit ei. Tu solus peregrinus es
ihr̄lm. et nō cognouisti que facta sunt ī illa hiis dieb;? Quibus
ille dixit. Que? Et dixerūt. De ihū nazareno qui fuit vir
ꝓpha potēs ī ope et sermonē corā deo & oī ꝑplo. quomodo eū tra
diderūt summi sacerdotes et principes nr̄i ī dampnationē mor
tis et crucifixerūt eū. Nos aūt sperabamus. qđ ipē esset re
dempturus isrl'. Et nūc sup hec oīa: tercia dies est hodie qđ
hec facta sunt. Sed & mulieres quedā ex nr̄is terruerūt nos
que ante lucē fuerūt ad monumentū. et nō inuento corpe
ei; uenerūt dicētes se visionē angelor; vidisse. q̄ dicūt
eū viuere. Et abierūt quidā ex nr̄is ad monumētū: &
ita inuenerūt sicut mulieres dixerūt. ipm̄ vō nō inuenerūt.
Hec scdm lucā ita narrat. ut meminisse ac recolē potue
rit qđ a mulierib; dictū erat vel a discipulis qui cucur
rerāt ad monumētū: quando eis nūciatū est qđ ablatū sit.

corpus ihu. Et ipe qd lucas petru tantu dicit cucurrisse ad monumetu. et pcubente vidisse lintheamina posita. et sola abisse secu mirante qd factu erat. Hoc at de petro qmeo rat priusq narret de hiis duobus quos inuenit i via. postea qm narrauit de mulierib que viderut angelos. et ab eis audierant qd resurrexit dns. tq tuc petrus ad monumetu cucurreit. Sed itelligit hoc lucas recapitulando posuisse de petro. Tuc em cucurrit petrus ad monumetu quando et iohes: cu tantummodo a mulierib pcipue a maria magdalene nunciatu eis fuerat de corpe ablato. Tuc at illa nunciauit quando vidit lapide auulsu a monumeto. et postea fca sut hec de visioe angelor atq ipius dni. qbus bis mo apparuerat mulierib. semel ad monumetu. et iteru oc reuertetib a monumeto. Hoc at anteq duobus illis i via visus fuisset. quor vnus erat cleophas. Nonq et cleophas loquens cu dno que necdu agnoscebat. no petru dixit isse ad monumetu. sed abierut qda ex nris iqt ad monumetu. et ita inuenerut sicut mulieres dixerut. Qd et ipe recapitulando itelligit dixisse. illud scilicet qd pmo mulieres nunciauerit petro et iohanni de ablato corpe dni. Ac p hoc cu ipe lucas petru dixerit cucurrisse ad monumetu. et cleophan dixisse retulerit qd quida eor ierant ad monumetu. itelligitur attestari iohanni qd duo ierut ad monumetu. Sed petru solu primo qmemorauit: quia illi primitus maria nunciauerat. Ite potest mouere qd petru no intrante sed procubente dicit ide lucas. vidisse sola linteamia et discessisse mirate. cu iohes dicat se potius ita vidisse. hoc est disciplm illu que diligebat ihc. no intrasse i monumetu. quo prior venerat. sed cu se iclinasset vidisse posita liteamia. sed et seipm postea dicit itrasse. Ita petrus itelligendus est primo procubes vidisse. qd lucas comemorat iohes tacet. post aute igressus. sed ingressus tame anq intraret. vt oes veru dixisse sine vlla repugnatia reperiatur. Ordo ergo reru qui esse potuit. queadmodu dns excepto quo ia mulieribus locutus erat etia manifeste disciplis visus fuerit. scdm testimonia no solu quatuor euagelistaru.

pcubens

sed etiam pauli apostoli contexendus ~~est~~. et demonstrandus est.

Omnium ergo virorum primo apparuisse intelligitur petro. ex his duntaxat omnibus quos evangeliste quatuor et paulus apostolus commemoraverunt. Ceterum si apparuit alicui eorum priusquam petro quod omnes tacuerunt. quis vel dicere audeat vel negare. Neque enim paulus dixit. apparuit primo cephe: sed apparuit inquit cephe. postea undecim. deinde apparuit plusquam quingentis fratribus simul. Sic autem non apparet quibus duodecim: quemadmodum quibus nec ~~undecim~~ quingentis. Fieri enim potest ut de turba discipulorum fuerint isti duodecim. nescio qui. nam illos quos apostolos nominavit. non iam duodecim sed undecim diceret. sicut nonnulli codices habent. quod credo perturbatos homines emendasse. putantes [de] illis duodecim apostolis dictum. qui iuda extincto undecim erant. Sed sive illi codices verius habent qui undecim habent. sive alios quosdam apostolus paulus velit intelligi. sive sacratum numerum illum etiam in undecim stare voluerit. quia duodenarius in eis numerus iam misticus erat. ut non posset in locum inde nisi alius id est mathias ad conservandum sacramentum eiusdem numeri subrogari. quodlibet ergo eorum sit. nichil inde existit quod veritati vel istorum vel alicui veracissimo narratori contrarium videatur.

Probabiliter tamen creditur postea quam petro apparuit. deinde apparuisse istis duobus. quorum erat unus cleophas. De quibus lucas totum narrat: marcus autem breviter [ista] perstringit. Post hec autem inquit duobus ex illis ambulantibus ostensus est in alia effigie. euntibus in villam. Castellum quippe illud non absurde accipimus etiam villam potuisse appellari. quod iam nunc appellatur ipsa bethleem. que civitas antea vocitata est. quamvis nunc sit honoris amplioris nomine domini qui in illa natus est. sic per ecclesias omnium gentium diffamato. Et in codicibus quidem grecis magis agrum invenimus quam villam. Agri autem nomine non castella tantum. verum etiam municipia et colonie solent vocari extra civitatem. que caput [quasi] et mater est ceterarum. Unde metropolis appellatur. Quod autem ait marcus eis in alia effigie dominum apparuisse. hoc lucas dixit quod oculi eorum tenebantur ne eum agnoscerent. Oculis quippe eorum acciderat aliquid. quod ita permanere permissum est usque ad fractionem panis. certi misterii causa. ut eis in illo alia ostenderetur effigies. et sic eum non nisi in fractione panis agnoscerent.

sicut luca narrante monstrat. Pro merito quippe mentis eorum
adhuc ignorantis qd' oporteret xpm pati et resurgere simile
aliqd eorum oculi passi st. non veritate fallente. sed ipis veri
tatē percipere non valētibus. et aliud quam res est opinantibus.
ne quisquam se xpm agnouisse arbitret. si eius corporis pticeps
nō est. id est ecclē. cuius vnitatē ī sacramēto panis cmēdat
apls dicēs. vnus panis vnū corpus multi sumus. vt cū eis
benedictū panē porrigeret. aperirēt oculi eorum et agnosce
rēt eū. aperirēt oculi vtique ad eius cognitionē. remoto sci
licet īpedimēto quo tenebant ne eū agnoscerēt. Neque ēi
clausis oculis ambulabāt. sed ierat aliqd quo nō sinerēt
agnoscē qd' videbant. qd' scilicet et caligo et humor aliqs
efficē solet. non quia dns non poterat trāsformare
carnē suā. vt alia reuera esset effigies. nō quā solebāt
illi cōtueri. quandoqē et ante passionē suā trāsformatus ē
ī mōte. vt facies eius clarescerent sicut sol. Quale volt ēi
admirabilit corpus de qualicunque corpe verū de vero facit.
qui de aqua vera verū vinū fecit. Sed nō ita fecerat cū
apparuit illis duobus ī alia effigie. Nō ēi sicut erat apparuit
eis quorum oculi tenebant ne agnoscerēt eū. Non āt congrue
ter accipimus hoc īpedimētū oclis eorum a sathana fuisse
ne agnoscērt ihc. sed tamē a xpo est facta pmissio vsque
ad sacramētū panis. vt vnitate corpis eius pticipata
remoueri ītelligat īpedimētū īimici vt xpc possit ag
nosci. Nā ipōs esse istos de qbus z lucas narrat credēdū
est. quia dicat ipōs euntes nūciasse ceteris. sicut lucas dicit eos
surgētes eadē hora regressos esse ihrlm. et īuenisse congre
gatos vndecī et eos qui cū ipis erant. dicētes qd' surrexit
dns vere et apparuit symoni. et tūc etiā ipōs narrasse
que gesta erāt ī via. et quomodo eū cognouerūt ī frac
tiōe panis. Jam ergo erat fama qd' resurrexerat dns ab
illis mulieribus facta: et a symōe petro cui iā apparuerat.
Hoc ēi isti duo īuenerūt loquētes ad quos ī ihrlm vene
runt. Fieri itaque potest vt timore prius ī via noluerit dice
qd' eū audierāt resurrexisse: quando tantūmodo ange
los dixerūt visos esse a mulieribus. Ignorantes ēi
eū quo loquerēt merito possent esse soliciti. ne quid

passim de xpi resurrectione iactantes. in manus inciderent iu-
deorum. Quod autem ait marcus. annunciauerunt ceteris nec illis
crediderunt. cum lucas dicat quod inde iam loquebantur. vere
surrexisse dominum et symoni apparuisse? quid intelligendum est.
nisi aliquos ibi fuisse qui hoc nollent credere? Cui autem non
eluceat pretermisisse marcum que lucas narrando explicauit.
hoc est. que cum illis fuerit ihesus locutus antequam agnoscerent eum.
et quomodo eum in fractione panis agnouerint. quandoquidem mox
ut dixit eis apparuisse in alia effigie euntibus in villa. con-
tinuo subiunxit. et illi euntes nunciauerunt ceteris. nec illis
crediderunt. quasi possent nunciare quem non agnouerant.
aut possent agnoscere quibus alia effigies eius apparuerit?
Quomodo ergo eum agnouerint ut nunciare possent marcus
sine dubio pretermisit. Quod ideo memorie commendandum est. ut
assuescamus aduertere euangelistarum morem. ita pretermittentium
que non commemorant. et coniungentium que memorant. ut eis qui
usum in hac consideratione non habent. non aliunde maxime error
oriatur quo putent eos non sibi congruere. lucas vero ita sequitur
et dicit. Dum hec autem loquuntur: ihesus stetit in medio eorum. et dicit
eis. Pax vobis. Ego sum. nolite timere. Conturbati vero et conterriti
existimabant se spiritum videre. Et dixit eis. Quid turbati estis. et co-
gitationes ascendunt in corda vestra? Videte manus meas et pedes
meos. quia ipse ego sum. Palpate et videte. quia spiritus carnem et ossa
non habet sicut me videtis habere. Et cum hoc [dixisset] ostendit eis ma-
nus et pedes. Hanc ostensionem domini intelligitur post resurrectionem
et iohannes commemorare sic ~~dicens~~ loquens. Cum esset sero die illa
una sabbatorum. et fores essent clause ~~propter~~ ubi erant discipuli
congregati propter metum iudeorum: venit ihesus et stetit in medio. et dicit
eis. Pax vobis. Et cum hoc dixisset: ostendit eis manus et latus.
Ac per hoc hiis verbis iohannis possunt coniungi ea que lucas dicit.
idem autem iohannes pretermittit. Ita cum lucas sequitur. Adhuc autem illis non
credentibus et mirantibus pre gaudio dixit. Habetis hic aliquid
quod manducetur? At illi obtulerunt ei partem piscis assi. et fa-
uum mellis. Et cum manducasset coram eis. sumens reliquias
dedit eis. Hiis item verbis possunt adiungi que lucas tacet.
iohannes autem dicit. Gauisi sunt ergo discipuli viso domino. Dicit ergo

eis iterum. Pax vobis. Sicut misit me pater et ego mitto vos.
Hoc cum dixisset insufflavit et dixit eis. Accipite spiritum sanctum.
Quorum remiseritis peccata remittuntur eis: et quorum retinueri-
tis retenta sunt. Huic rursus adiungamus que iohannes pretermi-
sit. lucas commemorat. Et dixit ad eos. Hec sunt verba que
locutus sum ad vos cum adhuc essem vobiscum: quoniam necesse est
impleri omnia que scripta sunt de me in lege moysi et prophetis et
psalmis. Tunc aperuit illis sensum ut intelligerent scripturas.
Et dixit eis. quoniam sic scriptum est et sic oportebat christum pati
et resurgere a mortuis die tercia. et predicari in nomine
eius penitenciam in remissionem peccatorum in omnes gentes. incipientibus
ab iherusalem. Vos autem estis testes horum et ego mitto promissum
patris mei in vos. Vos autem sedete in civitate: quousque induamini
virtute ex alto. Ecce quemadmodum commemoravit et lucas pro-
missionem spiritus sancti: quam non invenimus a domino factam nisi in
evangelio iohannis. Illud non pretereunter advertendum est: ut
meminerimus quemadmodum sibi evangeliste attestentur de
quibusdam etiam que ipsi non dicunt. et tamen dicta noverunt.
Post hec lucas omnia que gesta sunt pretermittit. nec omnino commemorat.
nisi quando ihesus ascendit in celum. atque id tamen ita coniungit quasi
hoc sequatur hec verba que dixit. cum hoc gestum sit una sabba-
torum quo die dominus resurrexit. illud autem quadragesimo die
sicut idem ipse lucas in actibus apostolorum narrat. Quod autem dicit iohannes
non cum illis tunc fuisse apostolum thomam. cum secundum lucam duo illi
quorum erat unus cleophas. regressi iherusalem invenerunt congrega-
tos undecim et eos qui cum ipsis erant. procul dubio intelligendum
est quod inde thomas exierat. antequam eos dominus hec loquentibus
appareret. Hic iam iohannes aliam commemorat sui demonstrationem
a domino discipulis factam post dies octo. ubi erat et thomas qui
prius eum non viderat. Post dies octo igitur iterum erant discipuli
eius intus: et thomas cum eis. Venit ihesus ianuis clausis: et ste-
tit in medio et dixit. Pax vobis. Deinde dicit thome. Infer
digitum tuum huc et vide manus meas. et affer manum tuam
et mitte in latus meum: et noli esse incredulus. sed fidelis.
Respondit thomas et dixit ei. Dominus meus et deus meus.
Dicit ei ihesus. Quia vidisti me credidisti: beati qui non viderunt
et crediderunt. Hanc secundam domini visionem erga discipulos

facta. id est quod secundo loco iohannes commemorat. apud marcum
possemus agnoscere breviter eam sicuti assolet perstringentem.
nisi moveret quod ibi ait. novissime recumbentibus illis
undecim apparuit. non ideo quia iohannes tacuit recumbentes.
potuit eum hoc pretermittere. sed quia iste dicit. novissime.
quasi ultra non eis apparuerit. cum adhuc iohannes terciam
sit eius narraturus demonstrationem ad mare tyberiadis.
+ marcus Deinde quod dicit idem + exprobrans illis incredulitatem illorum et
duriciam cordis. quia hiis qui viderant eum resurrexisse non
crediderunt. illis videlicet duobus quibus in villa euntibus
apparuit postquam resurrexit. et petro cui primitus eum ap-
paruisse apud lucam investigatum est. fortasse et marie mag-
dalene et aliis mulieribus que cum illa erant. quando eis ad
monumentum apparuit. et inde redeuntibus in itinere occurrit.
Nam ita contexuit narrationem idem marcus. cum commemoras-
set breviter de duobus illis quibus apparuit in villa euntibus
quod nunciassent ceteris. nec illis creditum esset. novissime
igitur recumbentibus illis apparuit. et exprobravit incredulitatem
illorum et duriciam cordis. quia hiis qui viderant eum resurrexisse
non crediderunt. Quomodo ergo novissime? Quasi iam
eum ultra non viderent. Novissimum quippe illud est quo dominum
apostoli in terra viderunt quando ascendit in celum. quod factum est qua-
dragesimo die post eius resurrectionem. Numquid nam tunc exprobra-
turus erat. quod non credidissent eis qui eum viderant resurrex-
isse. quando iam ipsi post resurrectionem totiens eum viderunt.
et maxime ipso die resurrectionis eius. id est. una sabbati iam
circa noctem. sicut lucas iohannesque commemorat? Remanet igitur
ut intelligamus eundem diem resurrectionis eius. id est una sabba-
ti. quando eum post diluculum vidit maria et alie cum illa mu-
lieres. quando etiam petrus. quando et illi duo. quorum erat
unus cleophas. quos videtur etiam idem marcus commemorare.
quando iam circa noctem illi undecim preter thomam et qui cum eis erant.
quando eis et isti quod viderant narraverunt. hunc etiam marcum
more suo commemorare breviter voluisse. et ideo dixisse novis-
sime. quia ipso die hoc novissimum fuit iam incipiente nocte eo
tempore. postea quam illi de castello ubi eum in fractione panis agno-
verunt redierunt iherusalem. et invenerunt sicut lucas dicit illos
undecim. et eos qui cum ipsis erant iam colloquentes de resurrectione

dm̄. et qđ visus fuerit petro, q̄b9 ⁊ ipi narrauerūt qđ
ī via gestū erat. et quomodo cognouerūt eū ī fractiōe pa
nis. Sed erant ibi vtiq; non credētes. Unde verū est qđ marcus
dixit. nec illis crediderūt. Hijs ergo iā sicut marcus dicit
discūbētibus. et adhuc inde sicut lucas dicit loquētibus: ste
tit ī medio eoꝝ dn̄s et ait illis. Pax vob̄. cū sicut lucas
dicit et iohēs. fores aūt clause ess̄ēt cū ad eos ītrauit. quod
solus iohēs cōmemorat. Verbis itaq; dm̄ que tūc eū locutū
esse discipl'is lucas iohēs q; dixerūt. ītponit̄ ⁊ illa expro
bratio de qua marcus dicit qđ non crediderūt eis qui eū
resurrexisse viderunt.

Sed hoc rursus monet. quomodo discūbētibus vndecī apparuisse dicat marcus.
si illud tēpus est dici dn̄ici iā noctis īicio. qđ lucas iohēs q;
meminerūt. Aptē q̄ppe iohēs dicit non cū eis tūc fuisse
apl'm thomā. quē credim9 exisse inde. anq̄ᵐ ad eos dn̄s
ītraret. postea q̄ᵐ illi duo redeūtes de castello cū illis vn
decī collocuti sᵗ sicut apud lucā īueīt̄. Sed lucas ī sua nar
ratiōe dat locū. quo possit ītelligi dū hec loquerēt̄ prius
inde exisse thomā. et postea dn̄m ītrasse. Marcus autē
qui dicit. nouissime recūbētib9 illis vndecī apparuit. etiā
thomā illic fuisse cogit fateri. nisi forte q̄uis vno absente
vndecī tamē voluit appellare. qui eādē tūc apostolica socie
tas hoc nūo nūcupabat̄. anteq̄ᵐ mathias ī locū inde sbro
garet̄. Aut si hoc durū est sic accipe. illud ergo accipiam9
post multas demōstratiōes eī9 q̄b9 p dies quadraginta dis
cipl'is presentatus est. etiā cū nouissime recūbētib9 illis
vndecī apparuisse. id est ipō quadragesimo die. Et qm̄ iā
erat ab eis ascensurus ī celū. hoc eis illo die maxīe expro
brare voluisse. quia hijs q̄ viderāt eū rsurrexisse nō cre
diderāt. anq̄ᵐ ipī eū viderēt. cū vtiq; post ascensionē suā
predicantib9 illis euangeliū. etiā gētes qđ nō viderūt
fuerāt credituri. Post illā nēpe exprobrationē secutus
ait marcus idē. Et dixit eis. Eūtes ī mundū vniūsū pre
dicate euāgeliū oī creature. q̄ crediderit ⁊ baptizatus
fuerit. saluus erit: q̄ aūt nō crediderit cōdēpnabit̄. Hoc ergo
predicaturi. qm̄ qui nō crediderit cōdēpnabit̄. cū id vtiq;

nõ crediderit qd' nõ vidit. nõne ipi primitus fuerūt obiurgandi. qd' anq̃ dnm vidissent nõ crediderūt eis q̃bus prius apparuisset? Hanc aūt nouissimā fuisse corporaliter representationē dni aplis. etiā p illud admonemur vt credamus. qd' ita seq̄t'. idē marcus. Signa aūt eos qui crediderint hec sequent'. In nõie meo demonia eicient. linguis loquent' nouis. serpētes tollent. Et si mortiferū qd biberint. nõ eos nocebit. Sup egros manus iponēt: et bene habebūt. Deīde subiungit. Et dns quidē ihc postq̃ locutus ē eis: assumptus est ī celū. et sedit a dextris dei. Illi aūt pfecti pdicauerūt vbiq̄: dnõ cooperante et sermonē cõfirmante sequētibus signis. Cū ergo dicit. et dns quidē ihc postq̃ locutus est eis assumptus est ī celū. satis videt' ostendere nouissimū cū illis ī tra eū habuisse sermonē. q̃uis nõ oīmodo ad id coartare videat'. Nõ eī ait. postq̃ hec locutus est eis. sz postq̃ locutus est eis. Unde admittit si necessitas cogeret nõ istā fuisse nouissimā locutionē. nec istū fuisse nouissimū diē quo eis ī tra presens fuit. sed ad oīa que cū eis oībus illis diebus locutus est posse ptinere qd' dictū est. postq̃ locutus est eis assumptus est ī celū. Sed quia ea que supradiximus magis suadent hunc nouissimū diē fuisse. q̃ vt intelligant' vndecim qui thoma absente decē fuerūt. ideo post hanc locutionē quā marcus cõmemorat. adiunctis cõsequenter etiā illis verbis vel discipulorum vel ipius que cõmemorant' ī actibus aplorum. credendū est dnm assumptū ī celū. quadragesimo scilicet die post diē resurrectionis eius. Iohes aūt q̃uis fateat' multa se pretermisisse que fecit ihc. voluit tamē eius tertiā representationē discipulis post resurrectionē factā cõmemorare. ad mare tyberiadis septē scilicet discipulis. petro. thome. nathanael. filiis zebedei. et aliis duobus quos notati nõ expressit cū piscarent'. quando iussu eius retia mittentes ī dexterā ptē. traxerūt magnos pisces cētū q̃nquaginta tres. quādo etiā petrū ter īterrogauit vtrū ab illo amaret'. et ei pascēdas cõmendauit oues suas. et de ipius passione pdixit: et de ipo iohāne ait. sic eū volo manere donec veniā. Ad hoc euangeliū suū iohannes terminauit.

Iam nunc querendu͞ est. quando primu͞ visus sit a discipulis
ī galilea. quia ⁊ hoc qđ tertio narrat iohēs ī galilea. fcm̄
est ad mare tyberiadis. Qđ facile videt qui recolit illud
miraculu͞ de panib9 quinq;: qđ ita narrare incipit idem
iohēs. Post hec abiit ihc trans mare galilee qđ est tybe/ +a
riadis. Ubi āt putari potest p̄mu͞ + discipulis post r̄surrec/
tione͞ videri debuisse nisi ī galilea? Si recolant̄ verba
illi9 angeli qui sc͞dm matheu͞ venientib9 ad monume͞tu͞
mulierib9 ita loqt̄. nolite timere vos. scio eñ qđ ihm̄ qui
crucifixus est queritis. nō est hic. surrexit eñ sicut dixit. ve/
nite ⁊ videte locu͞ ubi positus erat dn̄s. et cito euntes dicite
discipulis ei9 quia surrexit. et ecce p̄cedet vos ī galilea͞. ibi eu͞
videbitis ecce dixi vob̄. ite͞ sc͞dm marcu͞. siue ip̄e sit ange/
lus siue alius. nolite īgr̄ expauescere. ihm̄ queritis naza/
renu͞. crucifixu͞. surrexit nō est hic. ecce locus ubi posuerut
eu͞. sed ite dicite discipulis ei9 et petro. q2 p̄cedit vos ī galilea͞
ibi eu͞ videbitis sicut dixit vob̄. hec verba ita sonare + p° r̄surrectione͞
videntur. qđ ihc nō erat se mostraturus + discipulis. nisi ī
galilea. Qua͞ demostratione͞ nec ip̄e marcus ↄmemo/
rauit. qui eu͞ dixit mane p̄ma sabbati apparuisse p̄mo
marie magdalene et illa͞ nunciasse discipulis. hiis qui cu͞ eo
fuerant lugentib9 et flentib9. illos āt nō credidisse. post hec
deinde apparuisse duob9 ex hiis euntibus ī villa͞. et illos ceteris
nunciasse qđ factu͞ est. sicut lucas ⁊ iohēs attestant̄ eñ in
ihr̄lm̄. eodē ip̄o die resurrectiōis ia͞ noctis īicio. Deinde
venit ad illa͞ ei9 manifestatione͞. qua͞ nouissima͞ dicit. re/
cumbentib9 illis undeci͞. Post ha͞c dicit eu͞ assumptu͞ ī celu͞: qđ
factu͞ scim9 ī mōte oliueti. nō lōge ab ihr̄lm̄. Nusq͞ igit̄
ↄmemorat marcus ↄpletu͞. qđ ab angelo prenunciatu͞ tes/
tat̄. Matheus vō nichil aliud dicit. nec ullu͞ aliu͞ locu͞
oīno ↄmemorat vel postea. ubi discipli postea q͞ resurrexit
viderit dn̄m. nisi ī galilea sc͞dm angeli p̄dictione͞. Deniq;
cu͞ īsinuasset qđ ab angelo mulierib9 dictu͞ sit. et illis abeu͞/
tib9 subiecisset. qđ de corruptis ad mentiendu͞ custodibus
gestu͞ sit. ↄtinuo tn̄ nichil aliud gestu͞ sit. quia et reuera
sic erat dictu͞ ab angelo. surrexit. ecce p̄cedit vos ī galilea͞
ibi eu͞ videbitis. ut nichil aliud sequi debuisse videatur.
undeci͞ āt īgr̄ discipli abierut ī galilea͞ ī mōte͞ ubi constituerat

illis ihc. et videtes eū adorauerūt. qdā aūt dubitauerūt.
Et accedes ihc. locutus est eis dicēs. Data est michi oīs
potestas ī celo ⁊ ī tra. Euntes ergo docete oēs gentes.
baptizātes eos ī noīe pris ⁊ filij ⁊ spc sci. docentes eos
seruare oīa quecūqz mandaui vobis. Et ecce ego vo-
biscū sū oībȝ diebȝ vsqz ad ↄsūmationē scli. Ita matheus
clausit euāgeliū suū. Ac p hoc si alio⁊ ↄsiderate nar-
ratioēs ad diligētiorē īquisitionē nō ↄpelleret. michil
aliud arbitremur. nisi dnm post īsurrectionē nusqͣ
pt ī galileā pmū esse a discipls visū. Itē si marcus de
illa prenūciatioē angeli tacuisset. posset aliqs putare
matheū ideo dixisse discipłos abisse ī mōte ī galileā. atqz
adorasse ibi dnm. vt ipletū videret qd ipē p angelū mā-
datū ac prenūciatū esse narrauerat. Nūc aūt lucas ac
iohēs satis dilucide manifestātes. ipō die resurrectiōs
eius visū esse dnm ī ihrlm a discipulis suis. vnde ita
longe est galilea vt vno die ab eis vtroqz loco videri
nō posset. et marcus illā pdicationē qͣ angeli sili
narrans. ī galilea vero visū a discipls dnm post resur-
rectionē nusqͣ ↄmeōrans. vehementer cogūt querere. qͣ-
admodū dictū sit. ecce pcedit vos ī galileā ibi eū videbitis
Nā ⁊ ipē matheus si oīno nō diceret vndecī discipłos ab-
isse ī mōte ī galileā vbi ↄstituerat eis ihc. et illic eū vidis-
se atqz adorasse. michil ex hac pdicatioē ↄpletū ad literā
putaremus. sꝫ totū figurata significatioē pdictū. sicut
illud scdm lucā. ecce hodie ⁊ cras eicio demonia. et sani-
tates pficio et tcia ↄsūmabor. qd ad lrām certū est non
esse ↄpletū. Itē si angelus dixisset. pcedit vos ī galileā
ibi primū eū videbitis. aut ibi tantū eū videbitis. aut
nō nisi ibi eū videbitis: ceteris euāgelistis matheus sine
dubio repugnaret. Cū vero dictū est. ecce pcedet vos ī ga-
lileā ibi eū videbitis. nec expressū est quādo id futurū
esset. vtrū qͣ primū anqͣ ab eis alibi visus esset. an
postea qͣ eū alicubi etiā preter galileā vidissent. idqz
ipm qd matheus discipłos dicit isse ī galileā ī mōte. nō
exprimit diē nec narrandi ordinē. ita ↄtexit. vt ne-
cessitate igerat michil aliud itelligēdi qͣ hoc primitus
factū. nō aduersat quidē narratioībȝ cetero⁊. et dat eis

intelligendis atque accipiendis locum. Veruntamen quod dominus non
+ se vbi primum demonstraturus erat. sed in galilea vbi necessa
rium postea visus est. se videndum mandauit per angelum di
centem. ecce precedit vos in galileam ibi eum videbitis. et per
seipsum dicens ite nunciate fratribus meis vt eant in galileam
ibi me videbunt. quamuis fidelem facit intentum ad querendum
in quo misterio dictum intelligatur. primus considerandum est
quando etiam corporaliter videri in galilea potuerit dicente
matheo. vndecim autem discipuli abierunt in galileam. in monte
vbi constituerat illis ihesus. et videntes eum adorauerunt. quidam
autem dubitauerunt. Quia enim non ipso die quo resurrexit
manifestum est. Nam in iherusalem visum esse eo die quo lucas
et iohannes apertissime consonant. marcus autem non aperte. Quando
ergo viderunt dominum in galilea. non secundum id quod dicit iohannes
ad mare tyberiadis. tunc enim septem fuerunt. et piscatores
inuenti sunt. sed secundum id quod dicit matheus vbi erant vndecim
in monte. quo eos secundum predictionem angeli ihesus precesserat.
Nam ita narrare apparet quia illic eum repperierunt: quia
secundum constitutum precesserat. Non ergo ipso die quo resurrexit.
neque in consequentibus octo diebus post quos dicit iohannes
discipulis apparuisse dominum. vbi primum vidit eum thomas.
qui eum non viderat die resurrectionis eius. Nam vtique si inter
octo eosdem dies eum in monte galilee iam illi vndecim viderant.
quomodo post octo dies eum primo vidit thomas. qui
in illis vndecim fuit fuerat? Nisi forte quis dicat non illos
vndecim qui iam tunc apostoli vocabantur. sed discipulos illic
vndecim fuisse ex multo numero discipulorum. Soli quippe ad
huc vocabantur apostoli illi vndecim. sed non solum erant discipuli.
Potest ergo fieri vt non omnes sed aliqui eorum ibi fuerint.
alij vero discipuli cum eis ita vt vndecim implerent: ac sic
non ibi fuisse thomam. qui post illos dies octo primo dominum
vidit. Marcus quippe quando illos vndecim memorauit.
non vtcumque vndecim. sed illis inquit vndecim apparuit. Lucas
etiam. regressi sunt inquit in iherusalem. et inuenerunt congregatos
vndecim. et eos qui cum ipsis erant. Et iste ostendit illos vndecim
id est. apostolos fuisse. Nam cum adiunxit. et eos qui cum ipsis erant.

